

nerunt, & sic talem sectionem tanquam inutilem ualde reprobat, quod itidem Auicennas dixit tertia quarti, cap. 19. ibi, & quandoque existimat homo quod sit apostema indigens perforatione, quare perforat ipsum & ingreditur uero sitas tantum & c. Ad secundum Gal. apho. 7. cō. 53. inquit quod hepar uehementer dolet tum propter inflationem, tum propter spiritum flatuosum, & sic ab inflatione etiam fit dolor, imo ibi subdit Gale. quod dolor uehemens propter flatuosum spiritum accidit. Ad tertium uidetur ratio & experientia in contrarium posita, nā tympanitis quæ a flatuoso spiritu oritur, tantum abest ut a superueniente febre soluatur, quod etiam magis ab ipsa augetur. itidem dolor colicus, & quæcunq; a copioso spiritu flatuoso proficiunt, quinimmo spiritus flatuosus ipse nullibi a febre dissoluitur, nisi calor febrilis illius causam superet, & sic non omnes inflationes dissoluntur a febre, sed hec duntaxat, quarum causa minor satis est febri-  
li calore & cæte.

IOANNIS BACCANELLI  
DE CONSENSV MEDICORVM  
in cognoscendis Simplicibus  
Liber.

Quo modo simplicium facultates cognosci possint.

**D**ictum est a Gale. in secundo de simplicibus medicamentis, quod in expendendis simplicium facultatibus, neq; odoribus, neq; coloribus, neque similibus accidentibus fidem adhibere studeamus, sed ijs duntaxat, quæ tum in sanis, tum etiam in agris corporibus perspicuo apparent. Non odoribus inquit quia simplicium temperaturæ his

medijs assequi non possumus, tanquam eorum multa sint, quæ odorem, seu crassam essentiam obtinentia, non habeant, sed et si qua sint odorata, etiam de his, ob inæqualitatem eorum substantiæ, non certo iudicare poteris, quoniam corpora dissimilari esse substantia a Galeno per rosæ exemplum aliam demonstratum sit, multoq; minus ex colore certum quid de temperaturis habere possumus, cum tam calida & frigida quam humida & sicca in singulis coloribus reperiantur. Erit igitur uia quasi regia, si per experientiam facultates simplicium inueniamus, hæcque haberi non potest, nisi eorum uirtutem per gustum, (pleraque enim indicat gustus) prius inuestigauerimus, nam omnes gustabilium corporum particule dum in linguam incidunt, singule pro sua natura, sensum mouent, quo fit ut omnia de temperaturis ex gustu facile conijcias &c.

## De odoribus.

De odoribus nihil in presentiarum dixerim, cum ita diuersas eorum definitiones inueniam, ut uix sciam, quid certi explicem, aliqui enim aiunt odorem esse naturam siccæ euchy mi, aliqui quod odor sit fumalis euaporatio quod de mente Aristotelis astruere conantur, sed falso, quoniam odorare non solum animalibus terrestribus, sed etiam piscibus ab ipso Aristotele tribuatur, quæ ratione fieri non potest, ut ipsa fumalis euaporatio, cum sit terræ & aeris peculiaris passio, in aqua generetur, quare alij melius suo modo definiens, dixerunt odorem esse uaporosam diffusionem, quam rursus definitionem, Auerrois ualidissima ratione confutat, quam longum esset recensere, sat tamen nunc sit intelligere, quod hæc uaporosa diffusio potius ad odoris causam se extendit, quam ad ipsam definitionem, sicuti ex Auicenna secunda primi, cap. 3. intelligi potest, cum dicat, Plurima causa in propinquitate ad uirtutem odorandi est substantia subtilis uaporosa, pro qua re uide

problematum sectionem duodecimam probl. 10. ubi inquit Arist. utrum odoris natura fumus sit an aer an uapor, uidet etiam de sensu & sen. post medium, & secundo de anima, et inde odoris definitione forte capies sat nobis sit, si medice dixerimus odorata esse plerunque tenuia & calida: & si tenuitatis & caliditatis quantitas haud nobis nota sit, ut Galenus ubique fatetur &c.

De saporibus & eorum definitione, ac diuisione.

Sapor iuxta Aristotelis placitum, est passio gustus a terre stri sicco & humido, secundam alteratricem potentiam ad actum deducta, & fit teste Aueroe ex comiscella partis sicca cum parte humida, ubi praecipue aliqua ex calore praecesserit concoctio. Hic potest considerari trifariam, uel ratione primarum qualitatum, uel ratione ipsius substantiae illas deferentis, uel ratione ipsius sensus gustus. Primo modo saporum alij dicuntur calidi sicut salsus in secundo ordine, amarus in tertio, acris in quarto, alij sunt frigidi, ut acidus in secundo, stypticus in principio tertij, acerbis siue intense austerus in principio quarti, alij sunt medij, sicut oleosus, siue pinguis, dulcis, & insipidus, quaequam dulcia iuxta Galeni dogma inter calida, sed non urentia reponantur. Ratione substantiae adhuc tripliciter, quia ex tenui substantia, acris & acidus sapor proficiscitur, ex crassa. Austerus quem ponticum uocant, & amarus ex media plures oriuntur saporibus secundum magis & minus distincti, siquidem pinguis & insipidus primum, deinde dulcis, mox salsus, & nouissime omnium stypticus, id est adstringens oritur ratione sensus gustus, quia sapor uel gustui insipidus, uel delectabilis, uel omnino abominandus sese offert, insipidus cum sapore careat, tunc non nisi in proprio sapor dicitur, sicuti sapor pituitae & cucurbitae, uerum insipidus etiam dici potest, si formam saporis habeat, nedum tamen ad opus

deductam Sapor delectabilis is est qui nullo modo gustum offendit, sed potius ei suauiter delectat, At abominandus is erit sapor qui uel nimium salsus, Amarus, acris, acerbus, aut qualitercunque fuerit partes gustus disgregans, Erunt igitur saporibus iuxta cōmunem omnium opinionem numero octo, Nam Gal. & si septem tantummodo enumeret id sane intellexit, citra insipidum, s. militer Aristoteles septem esse dixit, licet in enumerando postea esse octo concludat, Plinius lib. 15. cap. 27. esse decem adserit, & sunt dulcis, suavis, pinguis, amarus, austerus, acer, acutus acerbus, acidus & salsus, Nec discrepat a Galeno. si quidem iuxta Galeni dogma idem est Austerus adstringēs & Acerbus, nec inter se differunt, nisi secundum magis & minus, unde 4. meth. cap. 7. Id uoco inquit austerum quod styphon. i. adstringens, acerbum uero, quod intensum austerum est, Et scito quod Aristoteles uoluit ex Amaro & dulci tanquam extremis omnes saporibus componi, quod itidē de coloribus ex albo et nigro fieri intellexit.

## De actionibus qualitatum gustus.

Qualitater igitur gustus erunt. Adstringentia, Acris, Amara, acida, dulcia, salsis, Oleosa, & Insipida. Quarum actiones singulas nunc exarare sane oportunitum Adstringentia ergo quia terrestria & frigida sunt, ideo contrahunt, constringunt, densant, repellunt, incrassant & refrigerant, exsiccat, Acris uero quia ignea, extenuant, incidunt, diuidunt, perpurgant, excalefaciunt, attrahunt & digerunt. Amara, quae terrestria tenuia sunt, perpurgant, meatus, abstergunt, extenuant, incidunt humores crassos absque manifesta caliditate, Acida tenuia frigida, extenuant, incidunt, perpurgant, refrigerant ac repercutiunt Dulcia calida non urentia, concoquunt, laxant, rarefaciunt, Salsis terrestria calida, Constringunt, contrahunt, seruant, condiendo, & desiccant citra manifestam caliditatem us

frigiditatem, oleosa aquea & aëria, humectant emolliunt,  
& laxant, insipida uero eo quod sunt aquea, coquunt increas-  
sant contrahunt constringunt extinguunt & obstupesciunt etc.

De tertijs simplicium facultatibus.

Iam ex dictis qualitatibus hæ plerunque facultates pul-  
sant, quæ sunt, emollientia, pus mouentia, indurantia siue ex-  
siccantia, laxantia, emplastica, de obstruentia, abstergentia,  
aperientia, & rarefacientia, condensantia, constringentia, at-  
trahentia, repellentia, anodyna, diaphoretica, cathartica,  
escharotica, epulotica, lac proritantia, menses citantia, uri-  
nam cientia, et sputum facilitantia & reliqua, ad quæ singu-  
la nostra iam iam conuertatur oratio & c.

De emollientibus & pus mouentibus.

Emollientia & pus mouentia utraque calida & humida  
sunt, differunt tamen quia suppurantia similitimum corpori  
calorem & humiditatem habent, mollientia maiorem, quam  
pro natura requiritur, calorem & humiditatem, præterea  
suppurantia in nostris corporibus ultra quod similem calo-  
rem obtinent, etiam existentem in eis humiditatem conser-  
uant, at mollientia præterquam quod calidiora sunt etiam in  
partibus existentem humiditatem desiccant.

De indurantibus & exsiccantibus.

Indurantia quæ duplicem habeant substantiam terre-  
nam & aqueam, ut portulaca psyllium solanum & c. ex hu-  
mido frigido; temperamento constant, non humido simplici  
ter, sed potius medium obtinent, ex pugnantibus facultatibus  
exsiccantibus scilicet & humectantibus compositum, nam in-  
durant absolute quæcunque refrigerant & desiccant, dicimus  
tamen durum esse corpus quod ex congelatione durefcit, si-  
cuti siccum quod natuum humorem non retinet, nam dura  
sunt aut ex resiccatione, aut ex congelatione, aut ex nimia

impletione, aut demum ex harum coniugatione, exiccantur corpora citra congelationem in ualidis exercitijs in sole feruenti, ex inedia ingenti, in febre ardenti, & in medicamentis, quæ ita siccant, ut non refrigerent, congelantur corpora a uehementi frigore, implentur a largi tantum humoris affluxu, quæ igitur ex resiccatione dureseunt, ea sanè humectatione curantur, quæ ex congelatione per calefactionem, quæ ex nimia impletione, per inanitionem, quæ ex horum coniugatione per humectationem, & calefactionem &c.

#### De laxantibus & tendentibus.

Laxantia proueniunt ex immodice humectantibus sicuti tendentia ex de siccantibus & refrigerantibus laxantium igitur remediarum, aliæ humectant, alia calefaciunt, alia emolliunt, alia euacuando ac purgando laxare solent.

#### De Emplastiscis.

Emplastica media in caliditate & frigiditate collocantur, horum quedam terrestria siccantia sine mordacitate sunt, ut exacte lota calx, cerussa pompholix amyllum, cadmia, terra cretensis, cimolio chandrus &c. Nonnulla sunt terrestria & aquea, ut albumen oui, nonnulla aëria ut butyrum oleum dulce, suillus adeps, & cera elota &c. Vocantur emplastica quæcumque medicamenta sua crassitie ac lenticia meatus corporis obstruunt.

#### De deobstruentibus & abstergentibus.

De obstruentia meatus & intima, quibus *ἔνδοξα* aduersantur, calida sunt & tenuium partium, ut nitrosa & amara, cutim uero & ulcerum soræes abstergentia pleraq; sunt dulcia & tenuium partium, ut mel, uel ex cerealibus seminibus, erium, faba, hordeum, lupini &c.

#### De aperientibus & rarefacientibus.

Aperientia quæ *εἰσδοξα* dicuntur, & rarefacientia sicut

ne *σφαιρωτικά* inter se differunt, nam quæ meatus cutis referant rarefacientia diuinus quæ uasorum ora aperientia, rarefacientium natura tum modice calida tum minime desiccans, tum tenuium partium erit, aperientium uero crassarum partium, tum acris & mordax, nam aperientia sunt acris et terrena ut cyclaminus cepe, fel taurinum & c. Rarefacientia ut chamamelum althea oleum ex cucumere agresti.

De condensantibus.

Condensantia siue *σφαιρωτικά* sunt quæcunque refrigerant et adstringunt, ut semperuium portulaca. psyllium, lenticula palustris, mandragora, cicuta, altercum papauer, quæ stupefaciendi & enecandi uires habent, si his plus quam ratio exposulat usus fueris.

De constringentibus.

Constringentia crassarum sunt partium & frigida et aperientibus aduersantur, nempe eorum essentia est terrena & frigida, hinc *σφαιρωτικά* idest cutis conspiciatio, quæ fit uel meatibus obstructis, uel illis ipsis densatis, cuius curatio habetur a Paulo lib. 1. cap. 21.

De attrahentibus.

Attrahentia sunt calida & tenuium partium, suntque in multiplici differentia, nam alia sponte nata sunt, ut diclamni essentia & propoleos, sagapeni & succorum cyrenaici & medici, alia attrahunt ex putrefactione, qualis est essentia fermenti, alia qualitatis familiaritate, attrahunt, idque ex totius essentia similitudine, ceu quæ nutriuntur familiaria alimenta attrahunt talium medicamentorum sunt purgantia omnia.

De repellentibus.

Repellentia sunt frigida & crassarum partium, nam ut perpetuo calidum attrahit ita frigidum repellit, quod igitur uehementius cum frigiditate partium crassitudine habet, id uiolentius propellit.

## De anodinis.

Ανάδυνα siue *πρωγογία* sunt in duplici differentia, quædam enim anodyna per se sunt, quædam per accidens, quæ per se anodyna sunt, ea in primo ordine excalescunt & coniunguntur etiam habent partium tenuitatem, quæ uero per accidens adeo frigida sunt, ut stupefaciant, ueluti narcotica omnia, anodyna per se si uere anodyna fuerint, nihil prorsus adstrictionis habeant necesse est, sed magis ut digerant, rarefaciant extenuent, concoquant, nam ita anodynâ & sanantem simul facultatem habebunt, soporifera uero siue *δυσωγία* refrigerant corpus & sensum eousque obstupefaciunt, ut si paulo liberius ebibantur mortem afferant, optima igitur erunt quæ una cum frigore deficcant. Nam quæ frigida sunt cum humoris copia, ceu cicuta, ea potui non sunt utilia, talis est mandragora excepto eius cortice sicco, & altercū præter eius semina.

## De Catharticis.

Καθαρτικά sunt in duplici differentia, aut enim excrementa corporis expurgant, aut uim attractoriam familiarium succorum obtinent, quæ excrementa purgant, aut id agunt per uomitum, aut per uentrem, aut per nares, aut per urinam, aut ex pectore & pulmone & c. Differunt tamen hæc inter se, & si purgantia nomine communi appellentur, tum quia diuersimode uocantur, ut errhina, apophlegmatizonta, uomitoria uretica, bechica, & c. Tum quia similem uim non habent familiarium succorum, attractoriam & c.

## De Causticis.

Caustica siue *εσκαρπτικά*, non modo calida, sed crassæ substantiæ sunt, ita ut corpus ignis instar colliquent, quod si non uehementer caustica, & tenuioris essentiæ fuerint, cum ex quo dolore & morsu, carnem eliquabunt & *επκτικά*, id est putrefaciencia uocatur, siue corruptiua absque dolore, nam putrefaciencia



putrefacientia humectant simul, & calefaciunt, septica uero sunt, auripigmentum, sandaraca, chrysocolla, dryopteris, pitocampe, aconitum &c. De Epuloticis.

Ἐπούλωτικὰ, id est cicatricem inducentia, sunt adstrictoria & desiccatoria, sed quæ conueniunt causis ulceribus, mediocriter abstergentia & morsu uacantia sunt, ut myrrha lythargorus &c. De proritantibus lac.

Lac proritãtia calida & humida esse debent, sed si uis lac copiosius fluere sanguinem, ad quem propius accedit, tunc contemplatur, quod si sanguis fuerit paucior, humectantem & excalefacientem uictus rationem exposcit, at uitiatus ceu biliosus primum purgationem desiderat, mox uictum, quem modo diximus, si pituitosus, medicamenta requirit excalefacientia in primo, uel in secundo ordine, non tamen desiccantia, & potiora sunt, quæ non tantum medicamenta, sed nutrimenta etiam esse possunt, ut eruca, feniculum, anethum dum uirent et humide sunt nam sicca, ut apium polium smyrnium plusquam oporteat excalefaciunt & exiccant, idcirco uitanda sunt, quum magis extinguunt, quam lac procreant, similiter quæcunque desiccant, & refrigerant, lac prohibent, & quæcunque plus æquo excalefaciunt, & quæ sanguinem uitiant & corrumpunt, & minorem illum reddunt, fugienda sunt, sed ea duntaxat adhibebis, quæ modice calefaciant nullamq; insignem habeant adiunctam siccitatem, nam talia lac procreant &c. De excitantibus menses.

Menses citantia oportet ut excalefaciant, sed non ualenter desiccant, sicuti in lacte generando modice excalefaciãt, sed non desiccant ut dictum est utraq; urinas prouocat uerum non omne ureticum inquit Gale. menses prouocat, nec econtra, ut nonnulli uulgares medici affirmarunt. Vide tamẽ Paulum libro. 1. cap. 47.

## De prouocantibus urinam.

Vrinam cientia sunt, calida & sicca, quum serosum sanguinem segregent, crassum uero cogant, ut semina, apij, petroselini, feniculi, dauci, smyrnij, acoron, meon, & assaron.

De facilitantibus sputum & renes expurgantibus.

Sputum facilitantia, oportet ut sint incidentia, sed nõ insigniter calida, ne ualde desiccant, ut adiantum. Sicut renes expurgantia sint incidentia sed nõ ualde humida, & lapidem incidentia, sed minimum caloris obtineant, ut radices asparagorum, rubi, betonica, polium, &c.

De particulari simplicium cognitione.

**A**Brotanum duplex, alterum masculum, quod omnibus notum est, alterum femellum, quod uulgo dicitur santolina & est humilis cypressus Diosco. cap. 26. tertij libri uersione Marcelli Gale. 6. de fac. simp. Plin. lib. 21. cap. 10. Paul. lib. 7. ca. 1. facit & siccat in tertio.

Absinthium triplex, uulgare nostrum, Seriphium, quod marinum appellatur, & santoni cum quod plurimum in Gallia ultra alpes nascitur, & est illud iuxta Mathiolum Senensem cuius semen uulgo dicitur sementina quæ pro uermibus datur pueris, & nota q. Canabel Serapionis, non est sementina, ut uolunt aliqui, sed est terra arenosa pluuiialis, uide Diosco. cap. 24. et 25. lib. 3. & Gal. 6. de fac. simpl. ubi amarâ & adstrictoriam ac acrem qualitatem illi tribuit, Paulus libro 7. gal. in. 1. sic in tertio.

Acacalis nisi sit species tamarisci, haud scio quid sit, quoniam nullum semen uideri potest, quod sit huic simile, lege Dioscor. cap. 103. lib. 1. Paul. lib. 7.

Acacia nõ habetur uera, sed eius loco accipitur succus prunioli agrestis communiter, quâquam satius foret folijs rubis sumach uulgo appellati, uti, quam succo prunioli dicti, quoniam

niam rhus eisdemmet facultatibus pollet, ac ipsa acatia teste Dioscoride. Nec eius gumi quod à Serapione dicitur gumi Arabicum habetur sed eius loco gumi utimur, quod de facul. simpl. a Gal. describitur. Diosco. 118. cap. lib. 1. Theoph. ca. pi. 4. lib. 3. nam acatiam simpliciter spinam uocat, Plin. lib. 24. cap. 12. Galen. 6. de fac. simpl. siccat in 3. & refrigerat in secundo ordine. itidem ait Paul. lib. 7.

Acanthion. i. <sup>ἀκανθίων</sup>, quid sit nescio, & si aliqui carduum montanum pro specie acanthij demostrent. Dioscor. c. 16. tertij. Galen. 6. de fac. simp. Plin. lib. 24. cap. 12. Pau. calidus est.

Acanthum græce <sup>ἀκανθός</sup>, domesticum & syluestre, esse id quod uulgo bracha ursina dicimus, aliqui affirmarunt, uide Plin. ca. 22. lib. 22. & Diosco. cap. 17. & 18. tertij, & Gale. 6. de fac. simp. Paul. lib. 7. discentit & siccat.

Achillea. i. <sup>ἀχιλλεύς</sup>, non est millefolium, ut putant aliqui ex autoritate Plin. cap. 5. lib. 25. ubi ipse habet a latinis millefolium uocari, Serapio uocat succum achilleæ, eo quod rubeat, sanguinem draconis, qui nunc paratur ex sanguine arietis sorbis & resina & mille alijs miscellis de Achillea. Diosco. c. 34. quarti, Gale. 8. de fac. simp.

Acinus siue <sup>ἀκίνος</sup> est iuxta Manardi opinionem basilicum syluestre, & iuxta Ruellium basilicum domesticum, sed huic oppugnat Plin. cap. 15. lib. 21. quum dicat acinum non florere, de acino Diosco. cap. 45. tertij, Paul. lib. 7. mediocres adstringendi uires habet.

Acorus siue <sup>ἀκόρος</sup> est secundum Manardum uerus calamus aromaticus, Brasauola tenet quod sit galanga, aliqui quod sit uulgare giririu, cõis opinio quod sit calamus aromaticus. De acoro. Diosco. cap. 2. primi, Gal. de fac. simp. & quinto eiusdem cap. 12. Pli. li. 27. c. 2. Pau. calefacit & desiccatur in tertio.

Aconitū siue <sup>ἀκόνιτον</sup> uoluit Leonardus Fuchsius esse her-

ban paris. sed falso quum nulla sit cum descriptione aconiti similitudo. Leoniceus credit aconitum esse napellum Auicennæ. quum sint res dissimiles, nec adeo peccauit Auicennas in descriptione napelli. prout notat Leoniceus, ut uideri potest, ex Andrea Belunensi qui Auicennæ textum optime correxit. De aconito Diosco. cap. 75. & 76. quarti, duas species assignat. prima dicitur pardaliches, eo quod pardos interficiat altera cynosstonon & lycosstonon, eo quod canes & lupos perdat et mansa uel bibita, radix non statim interficit hominum. sed aliquos in duobus uel tribus uel sex mensibus perdit. Gal. 6. de fac. simp. & Diosco. iterum lib. 6. cap. 7. Paul. lib. 7. lethalis uis & excedens est.

Adiantum græce ἀδίατον, est uulgaris capillus ueneris. Theoph. ca. 13. lib. 7. Adianti duæ sunt species nigra & alba. uide Plin. cap. 21. lib. 22. Et Diosco. cap. 131. & 132. de adianto & trichomane uocatur & adiantum politrichon & gallitricon ab ipso effectu, quem circa capillos efficit. Gale. 6. de fac. simp. in caliditate & frigiditate symetron est, extenuat desiccant & digerit itidem Paul. lib. 7.

Aegylops; siue αἰγίλος, est id quod uulgo dicitur, segala, & non est auena ut aliqui uolunt. Diosco. 134. quarti, Gale. 6. de fac. simp. Paul. discutit duras inflammationes.

Agallochon. i. ἀγαλλόχοον, est lignum aloes, nunc habetur Venetijs, & nuper eius loco afferebatur, ex rhodo, oliuastrium, quod a Ruellio Aspalathum creditur, Diosco. cap. 21. primi, Gale. nullibi quoddam sciam, nisi in succidaneis mentionem facit. Paul. lib. 7. locinerosi dysentericis & pleutericis opitulatur.

Agaricum siue ἀγαρικόν, notum est, ideo appellatum, eo quod abundanter in Agaria sarmatiae nascatur. Plin. libr. 16. cap. 8. Nascitur in Gallia super arbores glandiferas, Dioscor. ca. 1. tertij, In Galatia Asia supra cedros, sunt qui dicant in Italia

iuxta laricis arboris radices nasci, Gal. 6 de fac. simp. Pau. di-  
gerit crassos humores & incidit.

Ageraton siue ἀγερτων, sunt qui dicant in Hetruria inueni-  
ri simile origano. Diosco. cap. 57. quarti, & Gal. 7. de facul.  
simp. & 6 eiusdem, Paul. lib. 7. habet uim digerendi,

Allium græce ἀλλυγιον, notum est omnibus, duplex est dome-  
sticum & syluestre domesticam ἀλλυγιον a græcis dictum. sylue-  
stre ἐπιπρασον, ὀφρασον. i. anguinum, non autem ut Brasauola scorodo-  
prason uel am peloprason, nam ampeloprason nil aliud est,  
quàm porrum syluestre, quod in uineis reperitur, & scorodo-  
prason allium & porrum significat: Diosco. cap. 141. secūdi,  
Gale. 8 de fac. simp. desiccatur & calefacit, in quarto excessu,  
uide etiam illum secundo de fac. alimentorum in fine.

Alcea i. ἀλκία, herba nota est dicitur uulgo malua sylue-  
stris siue althea syluestris, non habet proprium caput apud  
Gal. sed in cap. de malua, de hac menti onem facit septimo de  
fac. simp. Diosco. ca. 155. tertij, uolunt aliqui hanc esse, quam uul-  
go dicunt herbam ungaricam, Paulus libro. 7. syluestris mal-  
uæ genus est.

Alypiū. siue ἀλπιον, quid sit nescio. Hoc scio plures de men-  
te athuarij uelle alypon esse turbit album, nam hoc ab ipso ha-  
betur ubi de triphera compositioni agit, aliqui dicūt alypon  
esse alypiam, ut Paul. eg. aliqui dubitant an sit fena, Diosco.  
cap. 173. quarti, Paul. bilem atrā semen alypi ducit et ulcerat.

Alyfina græce ἀλφίνα, nisi ea sit, quā Ruellius & Fuschius  
fistulam pistoris, & ab alijs plantaginem aquaticam, quæ  
uulgo dicitur barba syluana, affirmare nequid audeo, aliqui  
dicunt esse speciem beta aquaticæ: Diosco. ca. 160. tertij, & Plin.  
cap. 10. lib. 25. duas species assignat, Damasonium etiam uocatur  
& Gal. 6 de fac. simp. & habet uim abstersoriam.

Alifon, siue ἀλφον, sicut ex Plin. cap. 11. 24. lib. excerptum

uidetur esse herba que rubia minor dicitur, uerum quia Aeth. alison uocat syderium heracleam que nullam praese fert similitudinem cum rubia minori. ideo quid sit affirmare non possum, de hac meminit Diosc. cap. 96. tertij, & Gale. 6. de fac. simp. Nonnulli tamen duas species assignant, inter quas facile posset rubia minor connumerari, uerum ea que moribus canum opitulatur desperdita est, nec reperitur Paul. lib. 7. siccatoriam illi ac discussoriam absterforiamque uim tribuit.

Aloe. i.  $\alpha\lambda\omicron\upsilon\epsilon$  res est notissima, ita ut ubique plantae eius ad delicias cernantur, cuius tria sunt genera hepaticum succotrinum & cabalinum. Diosc. ca. 23. tertij, meminit de hepatica, & Gal. 6. de fac. simp. desiccatur in tertio, & calefacit in primo, adstringitque modice.

Althea, siue  $\alpha\lambda\theta\epsilon\alpha$  planta est notissima, & uulgo dicitur malua uischio, meminit Diosc. ca. 154. tertij, Theoph. ca. 19. 9. lib. uocatur & hibiscus, & est malua syluestris. Gale. 6. de fac. simp. sub nomine hibisci, & 7. de fac. simp. cap. de malua: Paul. lib. 7. discutit relaxat, lenit, & concoquit.

Alumen graece  $\alpha\lambda\upsilon\mu\epsilon\iota\alpha$  iuxta Diosc. cap. 77. lib. 5. triplex est scissile rotundum & liquidum, loquendo de his quae in medicina usum ueniunt (nam plura apud nos genera nunc habentur, sicut alumen rochae, plumae, fecis, catini, scaioli, & zucharini) scissile illud est quod nos plumae uocamus, alumen rotundum non habetur in Italia, nec liquidum quaquam. Brasauola affirmat esse alumen rochae, quem ualidissimis rationibus confutare Mathiolus Sen. conatur alumen zucharinum fit ex alumine roche ouorum albumine & aqua rosacea, alumen catinum fit ex herba uocata soda arabice chali, unde etiam sal alchali peruenit, nota est herba apud haereticos alumen scaiolum fit ex petra lucida scamosa & transparenti, uulgo dicta, spechio d'asino, alumen fecis fit ex fece uini coibusta. Gal. 9.

de fac. simp Plin. lib. 35. cap. 15. Pau. maxime adstringit.

Ambrosia sive <sup>2<sup>o</sup> Beoria</sup> iuxta Ruellium notissima est in Galia nascitur inter segetes uerum eam nec uidi, nec scio quid sit, nisi sit species artemisiae, Diosco. ca. 120. tertij, & Gal. 6. de fac. simp. adstringit & repellit.

Ambræ odoriferae tres sunt species colore distincte, citrina, s. albida & nigricans, cuius mentio fit a Serap. lib. aggreg. cap. hambar. Auic. lib. 2. calida in secundo sicca, in primo roborat cerebrum & cor confortat, nullibi q. sciam fit mentio de hac apud Dios. uel Gal. aut Pau. uulgo dicitur Ambracane.

Amiantus graece <sup>αμιαντος</sup> lapis est qui ex Cypro affertur, similis alumini scissili, similis etiam ligno, unde Brasauola dixit esse aliquos qui cum credant esse lignum crucis Christi, nam in igne positus non comburitur, sed magis illucescit. meminit Plin. cap. 19 lib. 36. & Diosco. cap. 113. quinti libri. Paul. libro septimo.

Amylum graece <sup>αμυλον</sup> res est notissima, dicitur uulgo uoce parum deflexa amido optimi amyli conditiones recitantur a Plin. ca. 7. lib. 18 ut sit albus leuis recens lenis, fit amyllum ex granis frumenti, ut Diosco. cap. 92. lib. 2. Et Gale. 1. de fac. alimentorum, excerpitur ex Plin. ca. 25. lib. 22. quod amyllum corpus restringit, & fluxum sanguinis, & in doloribus uesticæ media unctia sumitur cum oleo & passulis. Gal. primo de fac. alim. <sup>αμυλον</sup> id est qualitate carentem, Paulus refrigerat mediocriter & siccatur.

Ammi. i. <sup>αμμι</sup> Seplastarij hoc dicunt ameos, & est simile semen cymino, ut testatur Plin. cap. 15. lib. 20. & Gale. 6. de fac. simp. huius meminit, & Diosco. cap. 63. tertij, Quod uero accipitur per ammi non est uerum, sed quid sit nescio Pau. calefacit & siccatur in tertio. Gal. 5. de fac. simp. itidem ait.

Ammoniacum graece etiam <sup>αμμωνιακον</sup> uulgo dicitur in of-

ficinis dicitur armoniaco, & est duplex iuxta Pli. c. 24. li. 12. primum thrausma dictum & altero est excellentius alterum phyrana, & est crassum & ueluti resina. Primū thuris similitudinem præferit, unde a Paulo & Aetio ammoniacū thiamiana nuncupatur, meminit Diosco. ca. 89. tertij, & Gal. 6. de fac. simp. Auer. 5. collig. calidum in tertio, sicum in primo, Paul. lib. 7. molliendi uires habet.

Amomum. i. *ἄμωμον* uerum nonnulli uolunt esse rosam de hierico, non uerum, esse quoddam semen habitum, sed credo uerum non haberi, si recte eius descriptionem perpendamus, utemur igitur loco amomi, acoro ut placet Gale. Diosco. capi. 14. primi, Plin. lib. 12. ca. 13. Gal. 6. de fac. simp. Pau. lib. 7. eiusdem uirtutis cum acoro, sed paulo siccoris.

Ampelitis terra græce *ἄμπελιτις*, sicuti & terra heretria famiachia selinusia, sunt apud me incognita. De ijs Gale. 9. de fac. simp. diffuse & Diosc. c. 138. lib. 5. Paul. lib. septimo.

Ampeloprasson, siue *ἀμπελοπρασόν* i. agreste porrum, uulgo dicitur porandello, de hoc Gal. 6. de fac. simp. meminit & Diosc. 139. secundi, Pli. lib. 24. cap. 13. Pau. lib. septimo accerrimum calidissimumq; in summo ordine quamobrem ulcerat.

Anagallis græce etiam *ἀναγallis*, est herba quæ alio nomine dicitur morsus gallinæ quāquam non defuerint, qui anagalidem, portulacā syluestrē esse affirmarunt, aliqui et dixerunt anagalidem esse pauarinam, uel centonem, sed longe a uero decipiuntur, quum flores illis non sint eius qualitatis ac ab ipso Diosc. pinguntur, cap. 170. secundi, de utraq; anagalide scripsit Gal. 6. de fac. simp. Deceptus est Razes interpretans anagalydem pro matrisilua, Pau. uis est absterforia sub calida, et attractrix, Serapio lib. aggre. calefacit parum & siccatur sine mordacitate.

Anagyris et græce *ἀνάγρις*, planta est aborescens aliquibus



herbarijs ualde cognita, hanc uoluerunt quidam esse quam dicunt uuluarii, refert Mathiolus eius copiam inueniri in Trentino agro, ego eam minime uidi, de hac Gale. 6. de fac. simpl. meminit, & Diosc. ca. 158. tertij, Plin. lib. 27. cap. 4. Pau. lib. 4. calefacit & discutit.

Anchusa, siue *ἀνχουσα*, quid sit, ut ingenue fatear, nescio, aut diui a quibusdam pluribus in locis nasci, & flores habere a buglossa non ualde dissimiles, huius tres species a Diosc. ca. 25. 26. & 27. lib. 4. commemerantur, & a Plin. cap. 20. 21. lib. 22. Et a Gal. 6. de fac. simp. quatuor species, Pau. adstringendi uim habet aliqui hanc Asini lactucam dixere.

Androsamon, siue *ἀνδρόσαμον*, i. humani sanguinis herba, notissima est, nam est species hypericonis, differt ab eo, quia frutex sit gracilibus ramulis furcosus puniceo colore, rubentibus uirgis & c. ut Diosc. cap. 164. tertij, & Gale. 6. de fac. simp. Pau. li. 7. duplex genus alterum quod diximus, alterum dionysias dictum, cuius fructus purgant & folia desiccant.

Anemone, siue *ἀνέμων*, nisi ea sit, quae a Brasauola uocatur papauer syluestris, cuius flores sunt rubri, certe nescio si unquam uiderim, hoc certo scio non esse herbam uenti, ut Ruelius, nam herba uenti iuxta placitum Simonis Ianuensis est parietaria, quod uulgo dicimus uitriola, aut grassella, sunt qui anemonem uiderint longe a papauere syluestri differentem. Diosc. cap. 167. secundi, Plin. lib. 21. cap. 23. Paulus libro septimo, uim habet acrem absterforiam, & extrahendi ac recludendi ora uasorum.

Anethum graece *ἀνέθον*, res est notissima, quae ita simile facinulo effigiem praefert, ut uix ab ipso nisi per gustum cognoscatur, meminit de anetho Gal. 6. de fac. simp. & Diosc. cap. 60. tertij, Pau. lib. septimo calefacit in secundo ordine uitensius & siccatur paulo remissius.

Anisum siue *ανισον*, res nota & uulgaris est, de hoc mentio-  
nem facit Gal. 6. de fac. simp. semen suum dicens esse calidum  
& siccum in tertio gradu, & Diosco. cap. 58. tertij, Pau. lib. 7.

Angelica herba nota est calida & sicca in tertio ordine,  
unice ualet contra uenena, perseverat a peste comesta, con-  
fert humori pituitoso crasso, sanat tussim ab humore uisco-  
so, si eius decoctum bibatur, consolidat ulcera interiorū, coa-  
gulatum sanguinem soluit, roborat stomachum, recuperat ap-  
petitum, ualet defectui cordis & morsibus canum.

Anonis siue *ανων*, spina est quae in aratis terris nascitur,  
uulgo dicitur bognacho, Gale. 8. de fac. simp. anonis calida in  
tertio gradu & c. huius meminit Diosco. ca. 19. tertij, & Theo-  
phra. ca. 5. li. 6. de hist. plantarum, & Pli. ca. 4. li. 27. Pau. li. 7  
urinam cit, calculos conterit, & dolores dentium mitigat.

Anthemis siue *ανθιμις*, apud Dioscor. est chamomilla, duae  
aliae species a me non uise necdum cognoscuntur. Diosco. ca-  
pi. 145. tertij, & Gal. ca. 9. lib. 3. & sexto de fac. simp. inquit q.  
chamomilla calida & sicca est in primo gradu, Pau. uirtute  
tenui discussoria laxantiq; constat.

Anthyllis siue *ανθυλλις*, nisi ea sit, quae uulgo dicitur falsola  
de mente Ruelij, certe quid sit diuinare non possum, huius  
duae sunt species, de quibus Gale. sexto de fac. sim. meminit &  
Diosc. ca. 144. lib. 3. Plin. lib. 21. cap. 29. Paulus libro septimo  
exicat & abstergit.

Antirrhinon, siue *αντιρινον*, quid sit nescio, sunt qui uide-  
rint & uulgarem in Italia nasci passim affirmant Dioscor.  
cap. 128. lib. 4. & Gal. 6. de fac. simp.

Anthera, siue *ανθηρα*, non est flos, ut nonnulli putarunt in me-  
dio rosarum positus, sed potius quaedam compositio, ut ex  
Gal. Pau. Cor. cel. elicitor ad oris ulcera, & pedum scissuram,  
& digitorum pterigia accommodata.

Aparine inter lentes nascitur, omnibus nota est, uulgo, eo quod folia in modum calcaris habet speronella dicitur, uel ut aliqui uolunt in modum stelle folia, heret uestibus hominum. Diosc. cap. 95. tertij, Gal. 6. de fac. simp. Pau. libro septimo, modo dice abstergit & desiccatur.

Aphace, siue *αφάκη*, est res similis uitae, sed non est uita, Theoph. septimo, & .ii. cap. lib. 6 connumerauit aphacen inter species cicorij, similiter & Plin. lib. 21. sed ca. 5. lib. 27. postea historiam ex Diosc. recitat, quare iuxta Diosc. connumeranda est inter legumina, non autem inter herbas syluestres, Diosc. ca. 137 secundi, Gal. 2 de fac. alim. Pau. lib. septimo, adstringit ualentius siccatur & mediocriter calefacit.

Apion graece *απίον*, satium, nil aliud est quam uulgare dictum petroselinum, ut testatur Plin. ca. 11. lib. 20. Apium syluestre quo utuntur seplasiarij pro uero apio est apium aquaticum, eleoselinum a Diosc. dictum, ut testatur Thoph. cap. 6. libro septimo, non autem est ut placet Ruellio, quod uulgo dicitur il macerone, Petroselinum uero. i. saxatile apium maxime macedonicum, nuspiam in Italia nascitur, apium uero hipposelinum dictum. i. grande apium, illud esse tenetur, quod uulgo leuisticum dicitur, De apio meminit Diosc. 67. 68. 69. 70, & 71, tertij, & Gal. 8. de fac. simp. & 6. eiusdem Pau. lib. septimo, tanti caloris est, ut menses & urinas eliciat.

Apios herba quid sit, nam graece *απίος* etiam dicitur, nisi sit species raphani haud scio quid dicere debeam, Ruellius familiarem herbam esse rusticis Galliae inquit, & communiter ab ipsis edi, sed quum dicat Diosc. uomitum dicere, nescio si illi credendum sit, sunt qui dicant uidisse inter segetes nasci cum folijs rutae, sed paulo strictioribus & uiridioribus, ego nec uidi, nec scio quid sit Diosc. cap. 170. lib. 4.

Apiastrum graece *απιαστρόφυλλον*, est illud quod uulgo dicitur

tur cedronella ouer melissa, ouer muliferno, in passionibus cordis si Serapioni creditur) multum ualens. Diosc. ca. 109. tertij, & Gal. 7. de fac. simp. utitur pro marubio duplicata do si Paul. lib. 7. uiribus marubio per omnia respondet.

Arbutus græce *κομπος* arbor similis cotoneo malo, uulgo dicitur in Hetruria albatro: Dioscorid. cap. 143. primi, & Galenus septimo de fac. simp. tur di libenter arbuti fructibus uescuntur in hyeme, Paulus libro septimo acerbae qualitatis est aduersatur stomacho.

Arction, siue *ἀρτίον*, & personantia similia sunt nomina, sed quid sit arction, nisi ut Ruellius. sit lappa minor, facile dicere me nescire, quiaquam sunt qui lappam minorem dicunt a Diosco. uocari xanthion, de arctio loquitur Diosco. ca. 101. quarti, & Gal. 6. de fac. simp. Personantia tamen est lappa maior Plin. lib. 25. cap. 9. Paul. libro septimo, uis tenuis siccans, & mediocriter adstringens.

Argemone siue *ἀργεμόνη*, inter species papaueris connumeratur, ego tamen nusquam argemonem uidi, & si ubi; nasci Mathiolus Sen. affirmet, hoc bene scio non esse agrimonium siue eupatorium, ut nonnulli Dioscor. cap. 168. secundi, & Plinius ca. 8. lib. 25. De hac apud Gale. nil memini me legisse Paul. abstergit & discutit.

Argentum uiuum, siue *ὀψοπρυγος*, res nota est, duplex artificiale & minerale, sed quo pacto conficiatur lege Dioscor. cap. 64. quinti, Gal. 9. de fac. simpl. nunquam ausus est experiri an foris uel intus applicandum foret, ueluti uenenum mortiferum. Auer. 5. collig. ca. 9. est frig. & humid. Gal. 4. de fac. simp. cap. 18. calidum est & siccum.

Aristolochia, siue *ἀριστολόχεια* rotunda & longa notissima est apud seplasiarios, tertia species eius est elematitis uocata, quae in Italia non habetur, de quarta specie, facit mentionem

Plin. ca. 8 lib. 25. & uocatur pistolochia. De Aristolochia me-  
minit Gale. 6. de fac. simp. & Diosco. ca. 4. lib. 3. commenda-  
tur in epilepsia. Paul. libro septimo, calida tenuis abstergens  
sub acris. Auer. cali. & sic. in secundo.

Armenius lapis, siue *λίθος ἀρμενίος*, iuxta Manardi placitum  
raro inuenitur licet Mathiolus Senensis dicat in mineris Ar-  
genti huius copiam inueniri, & dici uulgo uerd'azurro, quod  
nec affirmare nec negare audeo, siquidē sua experientia com-  
probatum refert in ijs omnibus quæ ab antiquis scripta sunt,  
uide Diosco. ca. 59. quinti, & Gal. 9. de fac. simp. & Alex. tral-  
lianum, cap. 22 lib. 1. & Plin. cap. 6. lib. 35.

Aron siue *ἄρον*, est species dracunculi siue serpentariæ, &  
passim cognoscitur uocaturq; in hebruria uulgo gingaro, &  
fit ex eius radicibus aqua ad dealbandam faciem, Diosco. ca.  
pi. 157. secundi, & Gale. 6. de fac. simp. Plin. lib. 19. cap. 5. &  
lib. 24. cap. 16. Et Gal. 2. de fac. alim. Pau. libro septimo, calore  
& siccitate est primi ordinis ex terrestri calida & adstrin-  
gente substantia.

Artemisia siue *ἀρτεμισία*, uulgo cermisia palam agnoscitur,  
in hac deceptus est Brasauola confundens Artemiam cum  
partenio uulgo matricaria appellato, cognosco ego primam  
& tertiam speciem, & est apud Regienses in usu. Diosco. ca.  
pi. 118. & 119. tertij. Plin. cap. 7. lib. 25. Gale. 6. de fac. simp. cali-  
da in secundo, & sicca in tertio ordine.

Asaron siue *ἄσαρον*, est id quod uulgo dicitur bacchara, sed  
quid deinde sit bacchara, lege eius caput Dioscor. cap. 9. lib. 1.  
Gal. 6. de fac. simp. Plin. lib. 21. cap. 6. Paulus libro septimo, si-  
mitem acoro uirtutem habet.

Asclepias siue *ἀσκληπιάδα*, nisi ea sit herba quam uocant he-  
deram terrestrem, aut uincetoxico ut Fuchsus, certe nescio  
quid sit, hoc scio Empiricos pro mirabili potione in uul-

neribus san. andis hedera terrestre uti. Diosc. ca. 97. li. 1. et Gal. 6. de fac. simp. Plin. cap. 5. lib. 27. Pau. libro septimo calida & sicca tenuis; substantiæ.

Aspalathus, siue ἀσπλάθος, quid sit ignoro, quum in Italia non habeatur. sunt qui dicant esse sandalum rubeum. Ruellius tenet q. sit azallochon uulgare, sed quum non pre manibus habeatur, iuxta Galeni placitum in succidaneis pro eo utemur semine uiticis. Diosc. cap. 19. lib. 1. Pau. libro septimo, constat uirtute acri & adstringente.

Apharagus, siue ἀφάραγος, uulgo notus, duplex domesticus & siluestris per se nascens Gale. 6. de fac. simp. sunt absterisui, Plin. 10. ca. lib. 2. uisum corroborat & doloribus thoracis & rheum medetur. Auic. fen. ulci lib. 4. bonum odorem in toto corpore inspirant, urinam uero male olere faciunt, Pau. lib. septimo, medius in calore & frigiditate.

Aphodilus siue ἀφώδιδος, uulgo apud seplasiarios dicitur affodilo, a latinis uocatur hastula regia, notus est, huius Gale. meminit 6. de fac. simp. ubi habet q. cinis eius radice facit ualenter renasci pilos, Diosc. ca. 159. lib. 1. Plin. lib. 22. ca. 22. Paul. lib. septimo, uim habet detergentem discutientemq.

Asplenon siue ἀσπένων, est uulgare citrach, etiam lingua ceruina est phyllitis apud Dios. huius meminit Gal. 6. de fac. simp. & Diosc. cap. 142. lib. 3. ait Gal. & si subilium sit paratum nihilo minus non esse calidum frangit lapidem minuit tignem, Plin. lib. 27. ca. 5. Pau. lib. 7. est uirtute tenuis, sed non calidum ut supra Galenus.

Aster atticus siue ἀστὴρ ἀττικὸς, a multis cognoscitur, in pratis nascens, Serapio non distinxit hunc ab iringo, quoniam utriusque flores in modum stelle habent Diosc. cap. 115. lib. 4. et Gale. 6. de fac. simp. uocatur & bubonium eo quod bubones sanat, & uocatur a Plin. lib. 22. cap. septimo, & octauo, cen-

tum capita, Pau. lib. septimo, mixta est uirtutis digerentis et refrigeratoriæ, iccirco bubonibus prodest.

Astragalus, siue ἀστράγλος, uox, nunquam a me uisus, nec in usu est, huius meminit Diosco. cap. 60. quarti, & Plin. cap. 8. lib. 26. Gal. 6. de fac. simp. Pau. lib. septimo, non ignauiter desiccatur & eius radix adstringit.

Athara græce ἀθήρα, quid sit, declarat Diosco. cap. 83. secundi, esse genus pulcriculæ quod apud teutonicos paratur ex farina lacte & butyro in conuiujs & in cibandis infantibus, Gale. etiam primo. de fac. alimen.

Attractyllis siue ἀτρακτύλλης, a Theodoro interpretatur sus syluestris, ego certe quid sit nescio, scio Hermolaum uel le carthamum syluestrem, cnicum dictum esse attractilidem, Diosco. cap. 98. tertij. Plin. cap. 15. lib. 21. & Theoph. cap. 4. libro. 6. Pau. lib. xij. uisiccante & mediocriter callida pollet.

Attriplex Græce ἀτρίπλεξ, notissima res est, uulgo trepeuse dicta, quâquam non defuerint, qui hanc herbam esse illam quæ uulgo dicitur spinachia, uoluerint, Diosco. cap. 110. secundi, & Gal. 6. de fac. simp. facit eius semen uomere, & purgare corpus per inferiora Razes refert se uidisse hominem acceptis eius duabus drachmis assellasse usque ad magnam debilitatem Pau. est humidum & frigidum in secundo.

Auellana græce ἀουέλλανα, nota est, syluestris & domestica. De ijs, Diosco. cap. 146. primi. Gale. septimo de fac. simp. & 2. de fac. alim. uulgo dicitur niciola, Pau. lib. septimo, frigidiore sunt, & austere in cæteris iuglandibus æquales.

Auena græce ἀουένα, res est notissima sic quoque uulgo dicitur de hac meminit Diosco. ca. 85. secundi & Gal. 6. de fac. simp. Plin. cap. 25. lib. 22. Pau. lib. 7. siccatur & modice discutit alicuius adstrictionis compos existens.

Baccharis, non est asaron ut hucusque putatum est a seplâ

fiarijs, nec est scarlegia ut uoluit Brasauola de mente Leonia-  
centi, quum in radicibus scarlegia bacchari non respondeat  
ut uideri potest ex Dioscori. cap. 48. tertij. quare dicendum  
est baccharem nostris in partibus non haberi, Paul. lib. 7.  
Βάχχαρις, acris est & odorata eius folia adstringunt.

Ballote siue Βαλλωτη, id est marubium nigrum est ualde  
notum adeo simile est mellisophijillo, ut nisi per odorem ma-  
lum agnosceretur, uix id per uisum scires discernere, Dio-  
scori. cap. 109. tertij, & Paul. lib. 7. acris est & ab-  
sterforie facultatis.

Balsamum siue Βάλσαμον, uerum non habetur, sed oleum  
antiquum pro balsamo uendunt, de balsamo lege Plin. cap.  
duodecimo lib. uigesimoquinto & Theoph. cap. 6. lib. 9. &  
Iustinus hystoricus lib. 36. & Dios. cap. 18. primi, Gal. 6. de  
fac. simp. desiccet & excalefacit in secundo excessu & est  
tenuium partium, itidem asserit, Paul. lib. 7.

Barba hirci graece τριφυλλόριον, in heturia uulgo dicitur  
sassefica, herba nota est, sunt qui uelint similem esse scandici,  
huius aqua chymico more stillata mirabiliter uulnera recen-  
tia carnis cum syndone applicata sanat. Theoph. ca. viij. lib. viij.  
Diosc. cap. 132. lib. 2.

Bdellium siue Βδέλλιον, res nota est, uerum quod pingitur  
a Diosco. non habetur, quod magis ni crescit & resinum est,  
magis molle, duplex reperitur Scicilianum quod folijs & ra-  
dicibus palmae assimilatur & uulgo neapoli dicitur cephalo-  
ne, cuius germen adhuc molle comeditur. Et iudaicum quod  
describitur a Dioscoride capite. 61. primi, de primo loquens,  
Gale. 8. de fac. simpl. dum de palma mentionem facit, dixit,  
medullam encephalon uocari, unde corrupto uocabulo uul-  
go cephalcone uocatur, Paulus libro septimo, emollit,  
maturatq;.

Beta



Beta græce  $\beta\epsilon\tau\alpha$ , nota est, nam ubique passim nascitur, nigra est & alba, & tertia species, ut refert Mathiolus in agro Trentino inuenitur, quæ rubra est & radices habet carotides similes, comeditur non minus insuavis quam ceteræ radices in acetarijs, Galenus octauo de fac. simpl. Plinius libro 20. capite octauo, & Dioscorid. capite. 112. secundi. succus betae albe per clysterem infusus mirum in modum uetrem constipatum soluit etiam si per alia enemata solui non posset, Paulus libro septimo, nitrosam uim habet absergit iccirco & discutit.

Betonica græce  $\beta\epsilon\tau\omega\sigma$ , notissima res est, habet multas uires quæ ab Antonio musa Casaris Augusti medico exarantur, uide Dioscorid. capite primo quarti, & Galenus octauo de facul. simpli. Paulus libro septimo, duas species enumerat, sunt qui uelint calidam & siccam esse ob id quod incidit & subacris est.

Bitumen quod græci  $\beta\iota\tau\upsilon\mu\epsilon\sigma$  uocant, est quædam mixtura cum pice & alijs miscellis, quare ad eam non confert, quæ a Dioscor. recitantur: Nascitur bitumen in Iudea in eo lacu, quo Iordanus fluuus ingreditur, sed de his latius uide cap. de Naphtha, Dioscorides capite. 84. primi, Plinius libro. 35. capite. 15. Galenus secundo de fac. simp. Bitumen in marimortuo inuentum uim resicatoriam & excalfactoriam habet in secundo ordine, ad glutinationes uulnerum cruentorum idoneum, itidem ait Paul lib. 7.

Blatæ græce  $\beta\iota\lambda\alpha$ , sunt animalia quæ circa molas, & in pistrinis inueniuntur similia grillis uocatis, ualent ad dolores aurium, uocantur etiam blatæ quæ in carnibus porci falsis inueniuntur, sed non sunt quæ a Dioscoride cap. 35. secundi, recitantur, quæ uero circa molas inueniuntur, ab aliquibus uulgo pintole uocantur, uide Pau. lib. 7.

Bitum, siue *βάλανος*, uulgo dicitur Biedone, duas habet species alteram caloris rubei alteram albi, nullum ferè u sum obtinet in re medica, peruertit stomachum, Dioscorides cap. 108 secundi, & Plinius libro. 20. capite e 22. Galenus sexto de fac. simp. Paulus libro septimo, frigidum & humidum in secundo ordine.

Botrys herba, siue *βότρυς*, aliquibus nota est herbarijs, quæ nisi sit artemisie species haud scio plane quid explicem, meminit Dioscorid. capite. 121. tertij, Plinius libro. 25. capite septimo, & libro. 27. capite. 8. Paulus libro septimo, planta est insigniter odorata.

Brassica græce *κράβη*, nota & uulgaris est, uulgo dicitur, cauolo, siue uerza, cuius multe sunt species, ut refert Theo. capite quarto, libro septimo, & Plinius capite octauo libro nono, prima brassica est, quæ magnum habet tyrsus cum longis folijs, est & altera quæ crispa habet folia, & dicitur apiana, alia est quæ caulem habet subtilem cum teneris & tenuibus folijs, est & apud Plinium lagotora brassica, quam nonnulli uolunt esse id quod dicitur uulgo il capuzzo, sunt & aliæ quæ plures brassicæ species, quas narrare longum foret, semina brassicæ inueterata si seminantur in rapas transeunt, & e conuerso, brassica marina est uulgaris soldanella, Vide Dioscorid. capite. 111. secundi, Galenus tertio de facult. simpli. capite. 14. & settimo eiusdem & secundo, de facult. alim. Paulus libro settimo, quæ comeditur siccatur & abstergit, ualentius tamen syluestris.

Britanica, siue *βριτανική*, nisi sit bistorta, aut betonica, quæ nunc est in usu certe nescio quid sit, Dioscorides capite secundo quarti, Galenus sexto de fac. simp. Plinius libro. 25. capite tertio uocatur ab Auicenna. Bertanich. Paulus libro septimo ad stringit & conglutinat quidam dixerunt esse lapatium ac-

tum, sed decipiuntur.

Bromos herba. siue  $\beta\rho\gamma\mu\omicron\varsigma$  ἢ πρῶα, similis est auenæ, & est auena sylvestris, meminit Plin. lib. 22. cap. 25. & Dioscorid. 135. quarti, Galenus sexto de fac. simp. desiccata & digerit me- diocriter & sine morfu, & primo de facul. alimen. itidem Paul. lib. 7. asserit.

Buccina Græce  $\beta\upsilon\kappa\kappa\iota\omicron\varsigma$ , sunt animalia ostracodermata, id est duri corticis & nascuntur in mari sicuti & purpureæ, sunt similes buccinis siue tubis unde dictæ sunt, maiores iis sunt purpureæ & habent liquorem in gula uenis, quo insecto res intingendis uestibus purpureum colorem efficiunt, lege Plin. lib. 9. & Dioscor. capite quarto secundi, Galenus secun- do de facul. simpl. desiccant sine morfu dum uruntur & in po- linem conteruntur.

Buglossum. siue  $\beta\upsilon\gamma\lambda\omicron\sigma\varsigma$ , id est lingua bouis, nil aliud est, quàm nostra uulgaris borago, de hac meminit Galenus sexto de facul. simp. & Diosco. capite. 123. libri quarti. Pau. lib. 7. humidum calidumq; temperamento est.

Bulbus siue  $\beta\upsilon\lambda\beta\omicron\varsigma$ , vomitorius, nisi narcissi sit species, & bulbus qui edendo est, nisi sit Ascalonia uulgaris, nescio pro- fecto quid sint, Dioscorides cap. 163. & 161. secundi, Scio no- stras Ascalonias non esse Galeni bulbos quum acerrimæ sint, nec quales a Galeno scribuntur. Vide Galenum quinto de fa- cul. simp. capite. 22. & secundo de facul. alimen. Paulus libro septimo. Amari ac adstringentis saporis modice est siccata glu- tinat uulnera & abstergit. Vomitorius uero multo calidior, uide & Galen. sexto de facul. simp.

Bunium. siue  $\beta\upsilon\eta\iota\omicron\upsilon\varsigma$ , uulgo nauone saluatico, due eius sunt species, ut Plinius capite quarto libro. 20. bunion & buniada, huius meminit Galenus sexto de facul. simp. & Dioscor. cap. 119. quarti, Paulus libro septimo, bunium calidum est urinam

Et menses ducit.

Bupthalmos. siue *βουφθαλμος*, id est oculus bouis, non est co-  
tula, ut Fuchsius. sed flos similis chamomilla luteus est, nō cir-  
cumcirca albus, ut nonnulli huius meminit Dioscor. cap. 147.  
tertij. Et Galenus sexto de faculta simpl. Plinius libro uigesimo  
quinto, capite octauo, Paulus libro septimo, discentit ac diu-  
ritics emollit.

Cacalia. siue *κακαλία*, quum semen, ut ait Plinius, capite se-  
cundo, lib. 25. paruum producat, ac sunt margarite parua,  
nescio profecto diuinare quid sit, uide Dioscorid. capite. 117.  
quarti, Galenus septimo de facul. simpl. Paul. libro septimo,  
ualet sicuti cancamus.

Cadmia. siue *καδμεία*, fit ere in fornacibus accenso adheren-  
te fornacum parietibus, et est res quae nunc uulgo tutia dici-  
tur. Dioscor. cap. 42. quarti, Plinius libro 34. capite. 13. uide  
Gale. 9. de fac simp. Paul. lib. 7. desiccata abstergit et concaua  
ulcera explet.

Calamintha. siue *καλαμίνθα*, est id quod uulgo dicitur cala-  
mento, huius sunt tres species, ut refert Dioscorid. capite. 38.  
tertij secunda species, uulgo dicitur neuueda, nec est ea uulgaris  
herba quae dicitur herba gatta, ut refert Brasauola, nec ista  
herba gatta est tertia species, ut Ruellius putat, quoniam simi-  
lis est mentastro, non autem urtica uel melissa, ut herba gat-  
ta, Galenus de calamintha meminit septimo, de faculta.  
simpl. Paulus libro septimo, nepita calida et sicca in ter-  
tio ordine.

Calamus aromaticus. siue *καλαμος αρωματικός*, id est, odora-  
tus uerus non habetur, sed pro eo accipitur radix acori, me-  
minit Theophrastus non de historia plantarum, et Plinius  
capite uigesimo secundo, libro duodecimo. Et de uiribus cana-  
rum, capite undecimo, libro uigesimo quarto. Et Galenus li-

bro septimo, de facult. simplic. & Dioscorides capite decimo septimo primi, Paulus libro septimo calefacit & desiccatur in secundo ordine.

Calx uiua græce ἀσβεστός præfertim quæ ex fluminum excoctis lapidibus fit omnibus nota est, hæc si diu lota fuerint omnem mordacitatem amittit, & malignis ulceribus prodest Dioscorides, capite. 87. quinti, & Galenus. nono de facult. simpli. Paulus libro septimo, adeo uehementer urit, ut crustam inducat.

Cancamon, siue καμμόνιον est lacha, & lacha est lachryma arboris Arabie, quæ ad nos non affertur, quare caueant, qui dialacha componunt, quid per lacha imponere debeant, nam gumi rubrum quod demonstratur, non est lacha, quum odore careat, nec debent seplasiarij lacha artificiali uti, quæ componitur ex uerzino grana & cremesi, nec uti debent quod uulgo dicitur sanguis di draco in lachryma, quoniam uires lachæ contrarias habet, hic adstringit, illa aperit, Dioscorides capite uigesimo quarto primi, Paulus libro septimo, extenuat, abstergit, aperit.

Cannabis siue κάνναβις, nota omnibus est, duplex satiuæ & syluestris, sed syluestris non sic nota, semen domestica genituram extinguit, sed in gallinis contrarium agit, nam quæ ex huius semine pascuntur multa oua pariunt. Dioscorides capite. 156, & 157. Et Galenus septimo de facult. simpli. Paulus libro septimo, semen discutit flatum & ita siccatur ut genituram arefaciat.

Camphora est arboris indici, statura maximi, quoddam gumi, frigida & sicca in tertio ordine, bona cognoscitur, si intra panem calidum reposita resoluatur, uide Auicenna libro secundo, & Serapionem lib. aggreg. cap. de camphora, huius rei non memini quicquam me legisse apud Græcos alios

thores, multas hæc habet species ex locorum diuersitate sumptas.

Capparis, siue *καρπώσις* omnibus notus, quicumque ex Alexandria afferuntur excellētiore sunt, de ijs Galenus septimo de facul. simp. & secundo de facul. alimen. capite. 24. Dioscorides capite. 164. secundi, Theophr. capite quinto libro. 6. Et Plin. capite octauo. libro. 19. Paulus libro septimo, radix extergit, purgat, incidit, discutit & sua acerbitate, contrahit, stringit, & densat.

Cardamomon, siue *καρδάμωμον*, uerum non habetur, sed quod per cardamomo uenditur triplex est maius, & minus quod nielam dicunt, Tertium uocatur ab aliquibus mele geta aut granum paradisi, arabice dicitur cor dumeni. Dioscor. capite quinto primi, & Plinius capite. 13. libro duodecimo. Et Galenus septimo de facul. simp. pro cardamomo accipitur cyperus, uel myrtus, ut Gale. in succidaneis. Pau. lib. 7. acre est & lumbricos interimit.

Carduus græce *καρδύπος*, habet multas species, nam domesticus Sici & syluestris sunt diuersæ species, sunt domestici cardones appellati, qui in postrema cena crudi & cocti cum pipere & sale comeduntur, uulgo dicti carchiofoli, de quibus mentionem facit. Theophr. capite quarto. libro sexto, & Galen. 8. de fac. simp. ubi habet quod sunt calidi & sicci in secundo ordine, Diosco. cap. 14. tertij.

Carum, siue *καρπός*, semen est notum, uulgo carui dicitur, meminuit Dioscorides capite. 59. tertij, & Galenus septimo de facul. simp. calidum siccum in tertio ordine, & 2. de fac. alim. itidem Pau. lib. 7. asserit.

Cassia siue *κασσία*, duplex uera quæ cinnamomum & falsa quæ cassia lignea uocatur, Cassia uero siliqua est cassia solutina ex Aegypto proueniens, sed nuspiã a græcis de hac quicquam

proditum est, quum uero apud grecos legitur cassia, intellige de ea que nunc cinnamomum dicitur, Dioscorid. cap. 12. primi, Galen. de antidotis, & 7. de fac. simpl. exiccat & calefacit in tertio ordine.

Castoris siue fibri testiculi, græce κατ' ορος ἀρκτίε in usu sunt & cognoscuntur, uerum qui iuxta seplasiarios cernuntur, nō sunt ueri, sed compositi ut refert Plin. ex renum partibus et testiculis in uesticis repositi, Dioscorid. cap. 23. secundi, & Pli. 30. cap. 8. lib. & cap. 3. lib. 32. Gal. 11. de fac. simp. de castoreo lib. scripsit Archigenes, Paul. lib. 7. calefacit siccaturq; cum extenuandi uiribus eximijis.

Castanea siue κάστανα, res nota est, Galen. 4. de facul. simp. capite septimo, & secundo de facul. alimen. Diosco. cap. 126. primi, uocantur etiam græce λίστιμα, & connumerantur inter glandes.

Caucalis siue καυκάλις, secundum aliquos est id quod uulgo dicitur petrosello saluatico, eo q̄ apio similia folia habeat Dioscorid. capite. 128. secundi, & Galenus septimo de fac. simpli. Pau. lib. 7. dauci modo calefacit & siccatur sunt qui uocent caucalim uuam lupinam.

Cedrus siue κέδρος est arbor ut iuniper, sed quid sit cedrinus liquor nisi sit uernix, certe nescio quid dicere debeā, Dioscorid. capite nono primi, & Galenus septimo de facul. simp. Plinius libro. 13. capite. 5. maior & minor & minoris sunt duo genera lycea & fenicea. Pau. lib. 7. calefacit & siccatur in tertio ordine.

Centaurium maius, siue κενταύριον το μέγαν, nil aliud est q̄ rhaponticum uulgare, meminit Plin. cap. 6. lib. 25. & Gale. 7. de facul. simpl. & Dioscorides capite sexto, libro tertio, Paulus libro septimo, Radix est acris calida, & terreæ adstrictionis.

Centaurium minus notum est, nam id esse quo passim utimur, certe scio, apud hebruscos dicitur uulgo bion della, ob assectum quem circa mulierum capillos facit. Centaurium hoc uentrem soluit, non aut maius, ut Arabes, Diosc. cap. septimo tertij, & Gale. ultra particulari tracta. 7 de fac. simp. etiam mentionem facit, Pau. lib. septimo, radix inefficax, sed colliguli ualide & citra morsum siccant.

Chalcanthum, siue  $\kappa\alpha\lambda\kappa\alpha\iota\theta\omicron\rho$ , id est, atramentum sutorium, est id quod nunc uulgo dicitur utriolo, uide Dioscor. cap. 68. quinti, & Gale. 9. de fac. simp. Pau. libro septimo, carnes humidas absument siccantq;.

Chamecissos, siue  $\kappa\alpha\mu\alpha\iota\kappa\iota\sigma\omicron\varsigma$ , nisi sit hederæ terrestris, ut Fuchsius, haud scio quid sit, uerum quum tot hederæ terrestris genera demonstrantur, certe nescio quæ uera sit, Diosc. cap. 121. quarti, & Galenus octauo de fac. simp. Plin. libro. 24. capite decimo, & decimoquinto, Paulus libro septimo, flos eius insigniter amarus.

Chamedaphne, siue  $\kappa\alpha\mu\alpha\iota\delta\alpha\phi\eta\eta$ , est Dioscor. laureola, sed laureola non est mezereon, un putarunt nonnulli, sed potius chamelea Dioscor. Plin. lib. 21. cap. 11. id uocauit chamedaphnen quod uulgo dicitur uinca per uinca, sed postea cap. 15. libro. 24. chamedaphnen appellauit, ut Dioscor. cap. 144. quarti, de qua Galenus sexto de fac. simp. uerba facit, Paul. lib. 7. calida & acris est.

Chamedris siue  $\kappa\alpha\mu\alpha\iota\delta\rho\upsilon\varsigma$ , est herba satis nota, uulgo dicitur Calamandrina, recens comesta hominem a peste perueniat, huius meminit Theoph. cap. 10. lib. 9. Gale. 8. de fac. simp. & Diosc. cap. 103. tertij, Plin. lib. 24. cap. 15. Pau. lib. 7. in tertio ordine calefacit, exiccatq;.

Chamelea, siue  $\chi\alpha\mu\epsilon\lambda\epsilon\alpha$ , & Thimelea apud Arabes est mezereon: Dioscorides cap. 166. quarti, & 167. quarti, Gal.



lenus octauo de faculta. simplic. uincentem habet qualitatem  
amaram.

Chameleon albus & niger, siue χαμαιλεων ο λευκος η ο μαυρος, albus est id quod uulgo dicitur carlina, niger uero in me-  
dicinis quae per os assumuntur, non est mittendus, nam teste  
Galeno octauo de facul. simpl. nescio quid mortiferi in se ha-  
bet, Arabes sepe confundunt chameleonem cum chamelea,  
in chameleonis nigri radice nascitur uiscus qui dicitur ixiā,  
& est uenenum, unde quum in Plinio legeris remedia con-  
tra uiscum, intellige contra ixiā, Diosco. capite octauo &  
nono tertij, Gale. 8. de facul. simp. calefacit in secundo & sic-  
cat in tertio ordine.

Chamaepitys siue χαμαιπιτυς, uulgo dicitur Iua & Regior  
bica, cuius tres sunt species a Dioscoride recitatae, uide Dio-  
scoridem capite. 166. tertij, & Galenus octauo de faculta. sim-  
plici. expurgat, abstergit, calefacit in secundo, siccatur in ter-  
tio ordine.

Chamaesyce, siue χαμαισυκη, nisi sit species pepli haud scio  
quid sit, interpretatur enim humilis, & terrestris ficus, le-  
ge Dioscorid. capite. 164. quarti, Galenus octauo de faculta.  
simplici. abstergendi simul & acrem uim possidet in idem Pau-  
lus libro septimo.

Chelidonium siue χελιδωνιον, duplex maius quod uulgo di-  
citur cerdogna & minus quod uocatur a quibusdam scrophu-  
laria minor ob similitudinem, quam cum scrophularia in  
radicibus tenet, in hetruria uulgo dicitur fauoscello. Dioscor.  
cap. 172. & 173. lib. 2. Plin. cap. 8. libro. 25. Gale. 8. de fac. simp.  
chelidonium minus calefacit & siccatur in quarto ordine abso-  
luto. Pau. lib. septimo chelidonium maius calefacit in tertio  
& ualenter abstergit.

Chrysanthemum siue χρυσανθημον, quem Romani caltam

dicunt, putauit ego olim corrupto uocabulo id esse quod nos uulgo dicimus colta, & est similis chamomillæ, sed quia non omnes conditiones seruat, quas chrysanthemus tribuit Dioscoridi, nunc certe haud scio quid sit Dioscorides capite quinquagesimo sexto, quarti, differt autem chrysanthemus a buphtalmo ea quippe differentia, quæ est in capite. 147. lib. 3. & capite. 56. quarti.

Chrysocolla, siue χρυσοκωλλη, uulgo dicitur borace, & est duplex artificialis & mineralis, quæ uero paratur ex alumine roche & sale ammoniaco, uocatur borace refactio, uiridior est in medicinis excellentior. Dioscorides capite. 58. quinti. Gale. 9. de fac simp. & Plin. cap. 5. lib. 33. Paul. lib. 7. abstergit, discutit, siccatur.

Cichorium, siue ζίζυς ἀγρία καὶ κικώριον, intibuum uel notum est omnibus endiuium uulgo dicitur, siue radechij, & sunt uera endiuium, uide Dioscorid. capite. 121. libri secundi, & Galenus octauo de fac. simp. Vbi inquit endiuium est herba amara, sed multo plus syluestris, quæ ab amaritudine picris, siue cichorium dicitur, Paulus libro septimo, siccatur, refrigeratur; in primo abscessu.

Cicuta græce κώριον est herba notissima similis ferulæ, sed mali odoris, huius meminit Dioscorides capite. 77. quarti, & capite undecimo, libri sexti. Plinius capite decimo, lib. 21. Galenus octauo de fac. simp. Paul. libro septimo, habet uires summæ refrigeratorias.

Cinnabaris siue κιννάβαρις, nil aliud est, quàm id quod uulgo dicitur sanguis de draco in lachryma, qui est gummi cuiusdam arboris aphricæ stillans sanguini humano similis, unde nomen habuit, Cinnabaris uero quo nunc utuntur seplastarij, duplex est mineralis & artificialis, mineralis nascitur in mineris ubi argentum uiuum foditur, artificialis fit ex sub-

limatione argenti uiui, & sulphuris, minium uero Dioscorid. est nostrum cinnabrium, Vide Dioscoridem, capite. 69. quinti. Gale 9. de fac. simp. modice acrem facultatem habet, & adstrictionis quippiam.

Cinnamomum. siue *κιννάμωμον*, uerum non habetur, sed nostrum duplicatum eosdemmet effectus, quos uerum cinnamomum efficit, Dioscorid capite decimo tertio primi, Vide de casia Galenus septimo de faculta simp. calefacit in tertio, non tamen ita desiccatur, itidem Paulus lib. 7. ait.

Circea siue *κίρκια* nondum a me cognita, nec uisa est huc usque, de hac loquitur Dioscorides, capite. 125. tertij, Galenus septimo de faculta simpli. Paulus libro septimo, calida est eius radix & odorata eius semen lac generat.

Cirsion, siue *κίρσιον*, nisi sit nostra uulgaris buglossa, nescio profecto quid sit. Dioscorides capite decimo quarto, libri quarti.

Cistos *κίστος*, & hipocistos, apud seplasiarios uocatur corrupto uocabulo hipoquistidos, & est succus radicis tragoponi, id est barba de becho dicti ad solem inspissatus, & non est id quod habet Dioscorid capite. 111. & 112. primi, nam est herba saxosis locis nascens, Galenus septimo de faculta simplicium. Paulus libro septimo, adstringit, & modice refrigemat.

Citria graece *κίτριά κινδία*, siue citromala, omnibus nota sunt, in quorum numero ponuntur, quae nos uocamus limonia & aurantia poma, unde Virg. aurea mala decem misit, uulgo dicuntur arantie, quasi ac dixeris aurantia, Dioscorides capite. 136. primi, Plinius capite tertio, libri duodecimi, Galenus septimo de fac. simp. Pau. libro septimo, semen tertij refrigerantium siccantiumque ordinis habetur, cortex siccat in secundo.

Clematitis, siue κληματίτις daphnoides, est herba quæ uulgo dicitur uinca pro uinca sed altera clematitis, nisi sit uitis alba, aut flamola uulgo dicta, nescio quid sit Dioscor. capite septimo & octauo quarti, Galenus septimo de faculta. simplicium. Paulus libro septimo, clematitis daphnoides siccandi uirtute pollet. Altera uero clematitis acris & caustica facultate donata est.

Chymenon, siue χυμένον sunt qui uelint esse uulgarem saponariam, sicuti & perichymenon, matrisyluam, decipiuntur uero qui credunt matrisyluam & caprifolium esse unum & idem, quum caprifolium sit pixiacantha. Dioscorid. uide de chymeno Dioscorid. capite decimo quarto quarti, & de perichymeno. capite. 15. quarti, & Galenus octauo de facult. simplic. Plin. lib. 25. cap. 311.

Cnicus siue κνίκος a seplasiarijs dicitur carthamo, & ab alijs quibus uulgariter safarano sarasinesco, Dioscorid. cap. 18. 2. quarti, & Galenus septimo de facult. simplic. & Theoph. capite quarto lib. 6. Pan. lib. 7. Tertij ordinis siccantium est semen purgat aluum.

Condrilla, siue κνύδιλλον, est species cichorij, est & alterum condrilla genus, quod uulgo ab ipsius lacte lattarola nuncupatur, uide Dioscorid. capite. 12. 2. secundi, & Galenus octauo de facult. simplicium, cap. de endiuiâ & cichorio. Plinius libro. 22. capite. 22.

Conyza, siue κόνυσα, uulgo dicitur pulicaria, eo quod pulices ericet, Dioscor. capite 127. tertij, Theophr. cap. 2. lib. 6. & Galenus septimo de facult. simplic. Paulus libro septimo, siccat & calefacit in tertio ordine.

Corallium, siue κοράλλιον, album & rubrum omnibus notum est lithodendron etiam didum, album rubro frigidius, Dioscorid. cap. 93. quinti, & Plin. capite secundo, lib. 32. Auic.

de uiribus cordis, Paul. lib. 7. ualidam siccandi uim habet, adstringendi uero mediocrem.

Coriandrum græce κριάνδρον, omnibus notum, in uiribus eius dissentiunt, Dioscorid. & Gale. nam tenet Dioscorides, capite. 64. tertij, quod habeat uires frigidas, & similiter Auicena. At Galenus septimo de faculta. simplicium, quod sit tepentis facultatis cum pauxilla adstrictione, itidem Paulus libro septimo tenet.

Cornu cerui, siue κεραιον, ceruus animal est omnibus notum, de cuius uita & natura legit apud Aristot. 6. & 9. de natura animalium, & Flin. cap. 22. libro. 8. Diosco. cap. 52. secundum, Galenus lib. 9. de facult. simp. uim habet exiccatoriam, itidem ait Pau. libro septimo.

Cornus arbor græce κεραια, omnibus nota, mas & foemina reperitur, non plantantur apud apum aluearia, ne apes corni floribus uescentes moriantur, Dioscorides capite. 140. primi, & Galenus septimo de faculta. simplicium, exiccatur ualenter, ac uulnera conglutinat. Paulus libro septimo itidem.

Coronopos, siue κρονονος, id est cornicis pes est, ut placet Manardo, id quod dicitur uulgo herba stella, & non ut Leonicensus est la sanguinella, quæ est species graminis spinosæ, ut placet Flin. capite. 19. lib. 24. & uocat dattilus. Dioscorides capite. 119. secundi, & Flinius libro. 22. id ait, quod Dioscor. Gale. 7. de facult. simpl. Paulus libro septimo creditur prodesse ad colicos cruciatus manducata.

Costus, siue κοςτος, uerus non habetur, sed pro costo quædam uulgaris radix uenditur, nec inuenitur dulcis & amarus ut uulgus putat, sed bene albus & niger, nunc Venetis optinus uenditur, uide Dioscorid. cap. 15. primi, Galenus septimo de faculta. simp. plurimam acrem & calidam qualitatem

simul & facultatem adeo habet, ut etiam exulceret. Paulus lib. 7. itidem refert.

Cotonea mala siue <sup>μῆλα κωδικία</sup>, uulgo pome codogne forte a cydone cretensi oppido oriunda, quæ minora & in partes diuisa citrina & lanuginosa sunt, ceteris meliora, nam odor longe alijs suauiore reddunt struthia uero a Galenus appellata, sunt quæ in magnitudine maiora ac carnosiora, habent corpora nec sic citrina ut prædicta conspiciuntur, muliana uero a Plinio dicta sunt cotonea, uulgo pome bastarde appellata, Dioscorides cap. 136. primi, Paul. lib. 7. frigidi & terrestris temperamenti sunt, Gal. 2. de fac. alimen.

Crinnon siue <sup>κρίνον</sup>, est ex tritico uel zea granū, crassius trituratam quàm farina, quo antiqui uice panis uescebantur, lege Dioscorides cap. 81. secundi, & Plin. cap. 8. lib. 18. Gal. 7. de fac. simp. & primo, de fac. alim. ubi de zea loquitur Paul. lib. 7. ualde nutrit, ægre conficitur.

Crithmon siue <sup>κρίθμον</sup>, plures existimarūt id esse quod uulgo dicitur fenochio marino, ouer hrrba di san Petro, ego crederem esse mentam florentinam. Dioscorides cap. 118. secundi, Gal. 7. de fac. simp. uis eius est exicatoria & absterforia, Paul. lib. 7. idem refert.

Crocodiliō siue <sup>κροκόδιον</sup>, est species chamæleōtis, sed nō est carlina ut aliqui, at quæ fit uera, demonstrare nescirem, Dioscorides cap. 10. tertij, Plin. cap. 8. lib. 22. & Gal. 7. de fac. simp. Paul. lib. 7. calidam siccam & discutiendi uim obtinet.

Crocus siue <sup>κρόκος</sup> ab omnibus cognoscitur, is melior existimatur qui ex aquila Abruci affertur Venetijs, nascitur multo præciosior in multis Lombardiæ locis, sed rarior, Dioscorides cap. 25. primi, & Galenus 7. de fac. simp. Paulus lib. 7. calefacit in secundo & desiccatur in primo ordine.

Cucurbita græce <sup>κολοκύνθη</sup> uulgo dicitur zucha et est in tri

plici differentia, nam uel est longa rotunda uel lata, ex semine colli cucurbitæ fiunt longa, & ex semine in parte rotunda contento, rotunde, sicut & in parte lata late oriuntur, crassiores euadunt cucurbitæ si semen cum acumine uersus terram plantetur Dioscorides cap. 123 secundi, & Plin. cap. 5. lib. 18. & Gale. 7. de fac. simp. Paul. lib. 7. humida & frigida in secundo abscessu.

Cucumis Græce <sup>κικυρις</sup> κικυρις, est id quod uulgo dicimus cucumere ouer cedrone, ut probatur ex Plin. cap. 5. lib. 19. & ex Dioscorides nec est anguria ut uolunt aliqui, omnes tamen species cucumerum melopeponum & peponum ut affirmat Gal. 2. de fac. alimen. uocantur nomine peponis, melopepones sunt nostri uulgares melones. sed quid sint pepones, nisi forte sint quos Venetiis uulgo uocant peponi, haud scio quid sint scio hos non esse angurias, quam seorsum Serapio capita de omnibus faciat, Dioscor. ca. cap. 124 secundi, Paul. refrigerat & humectat in secundo ordine, semen abstergit & incidit. uide etiam Gal 8. de fac. simp.

Cucurbita syluestris, siue <sup>κολοκυθίδις</sup> κολοκυθίδις uulgo dicitur coloaquintida, ualet mirabiliter in asthma & tussi antiquæ & iuncturarum doloribus, oleum in eius concauitate bullitum nigros efficit capillos, nec sinit canos fieri & prohibet eorum casum, auribus sibilantibus medetur, Diosc. cap. 171 quarti, & Gal. 7. de fac. simp. uide etiam Mesuen. Paul. lib. yij. ualida habet uim purgandi.

Cucumis syluestris siue <sup>κικυρις</sup> κικυρις, est id quod uulgo dicunt cucumere asinino ex quo fit elaterium, decoctum radicis & eius foliorum & succus eius ualet sumopere hydropicis, cum melle abstergit maculas liuidas ex percussione, ualet etiam ad lentigines & maculas faciei. Dioscorid. cap. 149. quarti. & Galenus octauo de facul. simp. Paulus libro septimo, ra

dix detergit, dissipat, & emollit, succus uero siccandi uires habet.

Cupressus græce *κυσσάριος*, arbor nota est, quæ formicis familiarissima est, non nascitur ubi sit aqua, nec eius lignum marcescit. Dioscorides capite 87. primi. & Plini. cap. 15. libro. 24. & Galenus septimo de fac. simp. Pau. lib. septimo, siccandi uires habet absque calore conspicuo.

Curmi siue *κέρμυ*, ut refert Plin. ult. cap. lib. 22. est potus, ueluti ceruisia uide Diosco. cap. 79. lib. 2.

Cuscuta tantum iuxta arabes memoratur, & est satis nota herba, habet uim adstringendi confortandi, ualet obstructionibus hepatis, & lienis & sanguinem purificat.

Cyclaminus siue *κυκλάμιος*, est id quod uulgo dicitur panporcino, & est omnibus nota una tantum species, altera uero cydaminus dicta a Dioscor. haud certe scio quid sit. Diosco. cap. 133. secundi. & Gale. septimo de fac. simpl. Paul. libro septimo extergit, incidit, aperit, attrahit, & dissipat. Plini. capite nono lib. 21.

Cyanon siue *κυάνιον*, puto esse lapidem lazuli inuenitur in erarijs fodinis, & in quibusdam maris littoribus Dioscor. cap. 60. quinti, Gal. 9. de fac. simp.

Cyminum siue *κύμινον*, satiuum omnibus notum, uulgo cuminum dicitur syluestre uero ut sciam non cognoscitur, nisi sit quod uulgo dicitur rucheta, calidum est, ut placet Gale. 7. de facul. simp. Diosco. cap. 61. tertij, Pau. lib. 7. in tertio ordine calesfacit flatum discutit.

Cynocrambe siue *κυνόκραβον*, id est canina brassica, nisi sit species mercurialis herbe, certe nescio quid sit. Diosco. capite 184. quarti, Galenus quinto de faculte. simplicium. Paulus libro septimo lethalis homini est foedi odoris, citra siccitatem digerit etiam.

Cynoglossa,



Cynoglossa, siue *κυνόγλωσσον*, id est lingua canina, duplex est altera a plin. descripta, altera uulgaris quæ uera non est Dioscorides capite. 124. quarti, & Plinius capite octauo, libro uigesimoquinto.

Cyperus, siue *κυπερος*, duplex alter cognoscitur quum passim in Lombardia inueniatur, altera angulosi iunci radix similis zingiberi, nascitur in India & est uulgaris nostra curcuma uero Serapionis non est curcuma nostra, sed radix chelidonie uide Dioscorid. capite quarto primi. & Galenus secundo primo de faculta. simp. paulus libro septimo, siccatur, calefacitq; citra morsum.

Cytisus, siue *κυτίσος*, est herba uulgo dicta trifolio cauallino, ouer tribolo impinguantur æqui cytiso, & a quocunq; morbo liberantur, libentius quam hordeo æqui cytiso uescuntur. Diosco. cap. 108. quarti, & Gale. septimo de facult. simpli. & plin. l. 16. cap. 24. paul. libro septimo, tepide nature & leniter discutientis.

Daphnoides, siue *δαφνοειδής*, est quam uocamus laureolam, nec laureola est mezereon, quum sit chamælea Dioscoridis ut dictum est, chamedaphne postea est species daphnoidis, Diosco. cap. 143. quarti, Plin. cap. 15. libro uigesimoquarto, & Galenus sexto de facult. simp. Paulus libro septimo, calida, acris, & subamara est.

Daucus est secundum aliquos pastinaca syluestris, uerus daucus nondum habetur, quoddam aliud a seplasiarijs pro dauco uenditur græce *δαυκος*. Dioscor. cap. 66. tertij, Gale. 6. de fac simp. pau. libro septimo.

Dictamnus, siue *δικταμνος*, nuper inuentus habetur Venetijs, uerum quæ uendunt pro dictamno est species fraxinellæ, quæ nec dictamno Cretensi, uel falso conformis est, sed quæ sit fraxinella nuncupata, quum nullibi ab antiquis metio fiat haud

scio quid explicare debeam, de dictamno scribit Diosc. ca. 32. & 33. & 34. tertij. Gale. 6. de fac. simp. Theoph. cap. 16. lib. 9. Paul lib. 7. uirtutem habet pulegij.

Dipsacus siue <sup>di-axos</sup>, siue labrū ueneris uulgo dicitur scarzo da scarzare li panni, uocatur & inepte a seplasiarijs uirga pastoris, sic etiam pandestarius, ubi dipsacum confundit cum ploygonio qui est centinodia siue corrigiola ouer sanguinaria de dipsaco Dioscorides cap. 11. lib. 3. Gale. 6. de fac. simpl. Plin. cap. 13. lib. 24. & cap. 9. lib. 27. Paul. libro septimo desiccatur in secundo ordine & nonnullam adstringendi uim obtinet.

Dracunculus siue <sup>dracunia</sup>, duplex maior & minor, & est res ab aro differens & alia, uulgo dicitur serpentaria maior & minor, adest alia herba nomine serpentina siue herba argentina quæ in recentibus consolidandis uulneribus mirabilis est & in intestinorū rupturis, de dracūculo, Diosc. ca. 155. & 156. secundi, & Gal. 6. de fac. simp. magis calefactoriū & tenuioribus partibus constat ipso aro, itidem, Paul. lib. 7.

Dryopteris siue <sup>dracunia</sup>, nil aliud sonat quàm quercuum filix, nam similis est filici, sed multo minoribus foliorum incisuris, depilat hæc cum radicibus emplastri modo imposita, Dioscorides cap. 181. quarti. & Galenus 6. de facul. simpl. Plin. cap. 9. lib. 27. Paulus uim habet ex edentem, deceptus est Pandestarius credens esse polypodium.

Ebenus siue <sup>ebanus</sup> est species ut aliqui putat ligni guaiaci, uel sancti appellati, in quorum ordine id melius ac excellentius esse existimarunt, quod minus nigricat, ebenus olim in multa fuit ueneratione ut testatur Plin. cap. 4. lib. 12. & de eius uiribus scripsit Plin. cap. 11. lib. 24. Galenus. 6. de facul. simp. Diosco. cap. 114. primi. Paulus lib. 7. uis est ex calefactoria deterforia & subtilis.

Ebulus & sambucus græce  $\epsilon\upsilon\beta\upsilon\lambda\upsilon\sigma$ , res sunt notissimæ, aqua ex eorum floribus elicita dolores capitis a uaporibus calidis factos mitigat, succus ebuli ad solem cōcretus ac siccatus ponere unius drachmæ cum decocto iuræ datus dolores podagri cos & iuncturarum & morbi galici tollit, & in enemate positus sciaticis prodest, Diosco. cap. 168. quarti, & Gale. 6. de fac. simp. Plin. cap. 8. lib. 24. Paul. lib. 7. uterque desiccanda facultæ habet, digerit, conglutinatur & aquâ per alium educit.

Ebur græce  $\epsilon\beta\upsilon\sigma$ , uulgo auorio, & est dens elephantis, de quo scripsit Aristo. 6. de natura animalium. ebur ualet fluxui albo mulierum cum lacte ex seminum lactuce extracto cum aqua calybeata bibitus, Diosco. cap. 50. lib. 2.

Echion quid sit nescio uolunt aliqui esse bug'ossium syluestre. flores iuxta folia purpureos in quibus semen est uiperiano capiti simile, habet Diosco. cap. 28. quarti. Plin. ca. 19. li. 25.

Echinus græce  $\epsilon\chi\iota\upsilon\sigma$ , uulgo dicitur riccio terrestre, uide eius uires iuxta Dioscor. cap. 2. lib. 2. & apud Razem in tract. 6. animalium. Gale. 2. de fac. simp. Plin. lib. 9. cap. 25. & lib. 32. capite. 1. Paul. lib. 7. fel eius pilos fluentes glutinat, caro discutit & siccatur.

Echinus herba Gal. nisi sit species spinæ albæ, eo quod capitellum simile echino pisci habeat certe diuinare nescirem quid esset Plin. cap. 8. lib. 23. Gal. 6. de fac. simp. acerba repellit & siccatur, itidem Pau. lib. septimo.

Electrum siue  $\epsilon\lambda\epsilon\kappa\tau\upsilon\sigma$ , latini succinum, arabes charabe, & idem est, uulgo dicitur ambra da corone, habet uim retinendi fluores stomachi & uentris. Diosco. cap. de populo nigra. cap. 93. primi, nec est gumi albæ populi ut brasauola, Plin. cap. 2. & 3. lib. 37. post longam improbationem fabularum Ouidij, inquit certum esse electrum gigni in insulis septentrionalibus & cæ.

Blleborus graece *καλιερα*, duplex, albus & niger, uocatur etiam ueratrum, & est omnibus notum, cuius usum damnant Mesues sed communiter non solum eius infusio, sed etiam puluis nunc in usu est absque alicuius patientis incommodo; radices quum extrahuntur statim purgantur, & abiecta parte interiori cortices tantum ad solem exiccantur, ex quibus deinde fit puluis, uide de eius uiribus a<sup>l</sup>uarium Gale. 6. de facul. simp. & Diosc. cap. 145. & 146. quarti. ualet suffusus felule, scabiei lepre uolaticis. Pau. libro septimo, uterque calefacit & siccatur in tertio abseffu.

Ephemeron siue *εφημερον*, duplex colchicon & ephemeron nuncupatum agrestis iris, cholchicum uero, id est quod nunc dicitur hermodactilus, & est res uenenoſa, sed ephemeron dictum est id quod uulgo dicitur giglio matto Hermodactilus uerus ac legitimus non inuenitur, nec ephmera est liliium conualium, ut Fuchſius, Paul. mixtae potestatis est repellentis & discutientis. Diosc. cap. 82. & 83. quarti. Galenus sexto de simp. fac.

Epithymon siue *επιθυμον* est thymi inuolucrum apud septarios res notissima, & est uerum epithymon quo nunc utimur: Diosc. cap. 172. quarti, & Plin. capite octauo, libro. 26. Galenus sexto de facul. simp. pau. libro septimo, siccatur & calefacit in tertio abseffu.

Epiros graece, ocimum aquaticum uocatur, Dioscor. ca. 30. quarti, & est forte apud Galen. echinum dictum, sexto de facul. simplicium.

Eryngium, siue *ερυγγιον*, notum est uulgo dicitur Ριντζο, nec eryngium est secacul Serapionis, imo nec istud secacul adhuc cognoscitur, iccirco qui eryngio uim excitandi uenerem tribuunt, quum nullibi a Galeno, uel Dioscoro ide hoc dicitur, summo opere decipiuntur, uide Dioscori. capite. 22. ter

tij, & Galenus sexto de facul. simp. plinius capite secundo, li bro. 25. pau. lib. septimo, calefacit quidem non manifeste, sicc at uero nec modice.

Eruca græce *ῥυκῆ*, duplex satina & syluestris & ab om nibus cognoscitur, uulgo dicitur Ruchetta in Hetruria, & Ru chula in Lombardia & comeditur in acetarijs. Semen tria tum & cum felle bouino mixtum cicatrices nigras, albas red dit, & cum melle maculas faciei & lentigines delet, uide Dio sco. cap. 129. secundi, & Galenus secundo de facul. alim. & se xto de fac. simp. cap. de uitice, plin. cap. 13. lib. 20. Paul. libro septimo, statulenta est & uenerem instigat, sed syluestris ua lentior est.

Eruum græce *ῥοβος*, uulgo orobo inuenitur intra uarias segetes & species uitæ esse profumitur. Orobum uero quod ex Alexandria Venetias affertur uon est uerum orobū, Bra sauiola putauit id esse Eruum quod uulgo dicitur Ruuione, quod a Galeno uocatur ochron, sed decipitur, nam non prouo cat sanguinem cum urina ut orobum, Diosco. cap. 100. secun di, Et Galenus octauo de faculta. simplicium. Plinius capi. 25. libro. 22. Paulus libro septimo calefacit in primo, sicc at in secundo gradu.

Eupatorium, siue *ἔνταροπιον* est nostrum uulgare agrimo nium apud græcos, sed apud Arabes & maxime apud Auic. & Mesu. sunt diuersa eupatoria, nam quod ab Auic. describitur, id esse uolunt quod uulgo dicitur canuarola, Eupatorium Mes. est quod in Hetruria dicunt herbam iuliam, quæ uemere ter uermes interficit, idcirco in compositi onibus Auicennæ ueter suo eupatorio & similiter in Mesu. herba iulia, & iux ta græcos agrimonio uulgari. Diosc. cap. 39. quarti, Gale. 6. de fac. simp. Pau. lib. 7. tenuem uim & incidentem sine cons piciuo calore habet.

Euphorbium siue  $\epsilon\upsilon\phi\omicron\upsilon\rho\beta\iota\omicron\mu$ , res notissima, & est quo vulgari-  
ter utimur, uide de eius uiribus Mes. & Dioscor. cap. 87. ter-  
tij, & Gale septimo de fac. simp. Plin. ca. 7. lib. 25. Pau. lib. se-  
ptimo uim adurentem habet.

Faba graece  $\nu\omicron\alpha\upsilon\tau\omicron\varsigma$  omnibus nota, Aegyptia uero ea est quae  
uulgo dicitur colocasia, uide Diosco. cap. 96. & 97. secundi,  
& Theoph. cap. 4. lib. 4. & Gale. 1. de fac. alimen. Pau. lib. 7.  
non recedit multum a medio temperamento in refrigerando  
& siccando.

Ferula graece  $\nu\epsilon\phi\upsilon\lambda\epsilon$  in Apulia maxime cognoscitur, ubi li-  
gnorum loco comburitur, uide Theophr. lib. 6. & Gale. 8. de  
facul. simpl. & Plinius capite. 24. lib. 20. & Dioscorides ca-  
pite. 82. tertij.

Ficus graece  $\sigma\iota\kappa\iota\alpha$  omnibus notae. satiuae & syluestres sunt,  
uide Diosco. cap. 149. primi, & Gale 2. de fac. alim. & 8. de  
fac. simp. Pau. lib. 7. arbor siccant in secundo maturant deter-  
gunt ac discutunt, Ficus uero arbor calidi tenuisq; tempera-  
menti, adeo succus foliorum abstergit ut etiam exulceret.

Filix graece  $\sigma\iota\kappa\iota\alpha$  uulgo dicitur felese, mas & foemina ha-  
betur, uide Diosco. cap. 178. quarti, & Theoph. cap. 20. lib. 9.  
& Plin. cap. 9. lib. 27. & Galenus octauo de facul. simp. Pau.  
lib. 7. uim siccandi & amarum habet foetus corrumpit lum-  
bricos enecat.

Flos aris res est diuersa a uiridi aere, quo passim utuntur  
seplasiarij pro flore aris, nam est pars aris tenuissima ex uas-  
pore aris fusi eleuata, quae uero ui quaedam excutitur, erugo  
aris dicitur & est aes uiride. Dioscorid. cap. 45. quinti, Plin.  
cap. 2. lib. 34.

Feniculum graece  $\nu\epsilon\phi\upsilon\lambda\epsilon$  duplex, domesticum, & sylue-  
stre, Domesticum omnibus notum, uide Dioscor. cap. 4. ter-  
tij, & Gale. septimo de facult. simp. Plin. libro. 20. cap. 23. &

Gale. 2. de fac. alim. Paul. libro septimo calefacit in tertio, siccat in primo ordine.

Fenugræcum græce *πιδις* omnibus notum, buceras a corniculis suis a Theoph. uocatur, Gale. 8. de facul. simp. Dioscor. cap. 93. secundi, Plin. cap. 19. lib. 23. pau. lib. septimo calidum in secundo, siccum in primo.

Fraxinus græce *πυλα*, res est notissima, ualet uenenis serpentium Dioscor. cap. 93. primi, Theoph. cap. 11. lib. 3. uide de eius uiribus plin. cap. 8. lib. 24. paul. lib. 7. Morsui uiperarum folia succurrunt, ligni ramenta ferunt esse lethalia.

Fumaria græce *καρβός* uulgo dicitur fumus terræ, omnibus nota, uide Mes. de eius uiribus, & Dioscor. cap. 105. quarti, Gale. septimo de facul. simp. pau. lib. septimo, acris, & amara est eo dicta q. lachrymas eius succus eliciat.

Fungi græce *μύκητες* omnibus noti, de quibus agitur iuxta Dioscor. cap. 81. quarti, Gale. septimo de facul. simpl. frigidos & humidos eos appellat. plin. cap. 3. lib. 19. pau. lib. 7. frigidi & humidi, nonnulli exitiosi præcipue putridæ qualitatis participes.

Galbanum siue *καλβάνη* uulgo galbina liquor est cuiusdam plantæ nascentis in syria ferule, Dioscorid. cap. 88. tertij, & Galenus octauo de faculta. simpl. calidum in primo, tertij, & siccum in primo. secundi ordinis. plin. cap. 26. lib. 12.

Galiopsis siue *γαλιόψις*, herba est similis urticæ, & est secundum aliquos urtica fetida uulgo urtica mortua, ouer quæ la ortica che ha le machie bianche, At secundum Fuchsum est serophularia, sed reuera serophularia non fetet ueluti urtica mortua. Vide Dioscoridem capite. 90. quarti, Plinius libro. 27. capite. 9. paul. libro septimo, dissipat & emollit scirrhosus humores.

Gallion, siue *γαλλίον* quo lac coagulatur, herba est similis

lis rubie minori, quae a parine dicitur, alia certe a praesura uocata Dioscor. cap. 91. quarti, & Gale. sexto de facul. simpl. Paulus libro septimo, siccandi uim cum mediocri acrimonia habet.

Garrus, siue *γάρρος* est iuxta Diosco. quod uulgo dicit salamoia, sed apud Plin. capite septimo, lib. 31. erat condimentum ex interioribus gari piscis maceratis & cum sale resolutis, paul. lib. 7. calefacit & exiccat.

Genista graece *γενιστιον*, uulgo genestro, & est herba satis nota ex quo aliqui funes parant. Dioscor. cap. 152. quarti, Galenus octauo de facul. simp. & Mesues inter alia sua solutiuia. Plin. cap. 9. lib. 24. Paulus libro septimo, semen & flores per inferiora purgant.

Gentiana, siue *γεντιανη*, herba omnibus nota, aqua eius radicis per balneum mariae elicit, febres opilationum sanat, uermes interficit & saepe lauando maculas faciei omnes re purgat, Dioscor. capite tertio, tertij, Plin. capite septimo, lib. 25. Gale. 6. de facul. simp. Paul. libro septimo, extenuat, per purgat, abstergit, & aperit.

Geranion, siue *γερανιον*, est herba gruaria, quae in summitate habet caput gruis, cuius species sunt tres, una latinorum, quae est id quod uulgo dicitur rostrum gruis, & aliae duae graecorum inter quas est pes columbinus, & alia quae folia maluae similia habet, Diosco. cap. 122. tertij, Plin. cap. 6. lib. 16. paul. libro septimo, radicem habet esculentam, quae inflammatio nes uteri dissoluit.

Gingidium, siue *γινγιδιον*, nisi sit quod uulgo cerofoglio, ut putat Ruellius & Fuchsus, nescio certe quid sit, nam in Cilicia & Syria nasci traditur Dioscor. cap. 126. secundi, Gale. sexto de fac. simp. & secundo de facul. alimentorum. Paul. libro septimo, non habet calorem manifestum, sed siccit in



tertio, & adstringit.

Git græce *γίτων*, siue nigella idem sunt Brasauola uult id esse quod uulgo dicitur gitone, aliqui uolunt esse, quod uulgo dicitur rosola, aut id quod pro nigrella a seplasiarijs uenditur, nam omnia indicia præter colorem habet, uide Dioscor. capite 84. tertij, Galenus septimo de faculta simpli. plin. capite decimo septimo, libro uigesimo, Paulus libro septimo, in tertio calefacit & desiccatur.

Gladiolus Plinij est acorus, sed gladiolus Dioscor. est cuius flores in Hetruria dicuntur Monacaccie græce dicitur *κίριον*. Dioscorid. cap. 22. quarti, & Galenus octauo de facul. simp. Pau. libro septimo, radix trahit, discutit, & siccatur.

Glaucium, siue *κλαυκίον* est, quod Arabice dicitur memithe a Serapione & ab Auicenn. Nota tamen duo esse in Serapione capita, alterum de glaucio græcorum, alterum de celidonia minori, Diosco. cap. 91. tertij, Galenus sexto de facul. simplicium. Plinius cap. 10. lib. 27. Paulus libro septimo, adstringit, & manifeste refrigerat.

Glaux, siue *κλαυξ*, nisi sit, ut Ruellius quod dicitur uulgo galega, siue ruta capraria, quid esset profecto nescirem, ualet enim galega in peste, & ad uenena serpentum epilepsiaq; si eius succus ad mediam ontiam bibatur, sed quia galega lac non facit multiplicari, dicere possem non esse glaucum, uide Dioscoridem cap. 136. quarti, & Galenus sexto de facul. simp. Pau. libro septimo, calida & humida temperamento est, unde lac generat.

Glycyrrhiza græce *κλυκίον*, uulgo regolicia omnibus nota Theoph. uocat eam sciticam, cap. 13 lib. 9. & Galenus sexto de faculta. simp. Diosco. cap. 5. tertij, Plinius capite nono lib. 22. Paulus libro septimo, tepidi, humidiq; temperamenti alacrius adstrictionis particeps.

Gramen græce ἄρπυρις, multas habet species, sed apud nos  
duæ tantum inueniuntur. Altera s. communis, altera quæ uul-  
go dicitur sanguinella ouer capriola, nota tamen non habe-  
re proprietatem ullam contra uermes ut communis erat opi-  
nio, Dioscor. cap. 31 & 32 quarti, Gale. 6. de facul. simp. Plin.  
cap. 19. lib. 24. pau. lib. 7. siccatur & modice refrigerat tenuis  
& subacerbæ substantiæ.

Halicacabus est apud Arabes Alchechengi, & est species  
solatri, uide igitur fusius de speciebus solatri, ca. de solatro.

Halcyonium, uulgo spuma maris a seplastarijs dicitur, cu-  
ius species quinque enumerantur a Dioscor. cap. 90. quinti,  
plin. capite nono, lib. 32, non nisi quatuor species recensuit,  
ego quum essem Venetijs uix duas species uidi. Gale. 11. de fa-  
cul. simp. quinque etiam memorat pau. lib. 7. abstergit, discau-  
tit acri qualitate præditi.

Harundo græce χιτάκος quinque species habet, ut Dioscor.  
sed plin. species 29. enumerat, cap. 35. lib. 16, & cap. 11. lib. 24.  
uide Theophr. cap. 12. lib. 4 & Gale. septimo de facul. simpl.  
Diosco. cap. 99. lib. 1.

Hedera græce ἡδύρα, tres habet species, & omnes cogno-  
scuntur, qui maiorem de hedera lectionem cupiunt, legant  
Theophr. cap. 13. lib. tertij, & plin. cap. 34. lib. 16, & Gale-  
nus septimo de fac. simp. & Dioscor. cap. 172. secundi, De he-  
dera terrestri lege chamecissos, paul. libro septimo, hedera  
contrarijs constat uiribus adstringit refrigerat, acris est et ca-  
lida aqueæ substantiæ & tepide.

Hedysaron, siue ἡδύσαρον, est herba quæ inter aphacen, id  
est uitiam nascitur, unde Theophr. cap. 8. lib. 8. inquit, q. hedy-  
saron est, ueluti aphacæ pestis, sicut lolium tritico, uocatur et  
securidaca eo quòd semen in siliquis contentum ancipiti se-  
cure simile habeat. Dioscorid. cap. 137. tertij, plinius capi. 17.

libro decimo octauo. paul. libro septimo, amarum est & leuiter adstringit.

Heliochryson, siue  $\epsilon\lambda\chi\rho\upsilon\sigma\omicron\upsilon\varsigma$ , nisi sit quod a nobis dicitur garryophilum hispanicum, haud scio quid sit. uide Diosco. ca. 55. quarti. plin. cap. 25. lib. 21. Galenus sexto de facul. simp. sub nomine amaranthi. facultatem habet incidentem & extenuantem unde grumos sanguinis liquat, ac dissoluit, paulus libro septimo, itidem asserit.

Heliotropium, siue  $\epsilon\lambda\iota\omicron\tau\rho\omicron\upsilon\mu$ , duplex maius & minus, maius apud nos uulgo dicitur Mirasole, apud hetruscos dicitur uerucaria, & uulgo herba da porri, quoniam porros dissipat, ualet etiam mirabiliter cancris idcirco dicitur etiam herba cancri. uide Dioscor. cap. 185, & 186 quarti. pau. lib. septimo. Maius calidam, siccam & abstergentem uim habet, minus uero lumbricos interimit.

Helxine, siue  $\epsilon\lambda\epsilon\iota\upsilon\eta$ , uulgo uitriolo secundum aliquos, alij dicuntur esse speciem inuolucris, quod flores in modum campanæ albos fert, Dioscor. cap. 37 quarti. credo ego uere quod sit paritaria. uide Gale. sexto de facul. simp. & plin. cap. 15. li. 21. pau. libro septimo, uis est abstergendi & leuiter adstringendi cum humiditate subfrigida.

Hemerocalis siue  $\eta\mu\epsilon\rho\kappa\alpha\lambda\lambda\iota\varsigma$ , est lilium syluestre, non autem lilium conualium, ut uolunt nonnulli, Germani utuntur lilio conualio in corroborando cor cerebrū & omnia membra spiritalia, ualet etiam tremori cordis epilepsie & apoplexie moribus & puncturis uenenosorum animalium, Dioscor. cap. 128 tertij, Gale. 6. de fac. simp. Pau. lib. 7. radix uiribus lilio respondet. uide etiam Plin. cap. 2. lib. 21.

Hemionitis siue  $\eta\mu\iota\omicron\upsilon\eta\iota\varsigma$ , herba est apud me incognita, nec est scolopendria illa quæ dicitur lingua ceruina, quæ sit phyllitis apud Dioscor. uide de hemionite, Dioscori. cap. 143. tertij.

tij, Paulus libro septimo, adstringit & simul amara; lieno-  
sis succurrit.

Hiberis siue *ἰβήρις*, duplex, altera Democratis, altera a  
Paulo & a Plin. recitata, quæ habet folia lauro similia, Fri-  
ma est lepidion Diosco. Secunda uocatur piperitis, siue pipe-  
rella a sapore piperis acuto, uide Diosco. cap. ulti. primi, &  
Plin. cap. 8. lib. 19.

Hieracion, siue *ἱεράκιον*, id est lactuca erratica, est herba spi-  
nosa similis soncho, id est cicerbitæ, de qua Plin. cap. septimo  
libro. 20. multa habet ualet cum lacte mixta infirmitatibus  
oculorum præsertim cicatricibus suffusionibus caligini cum  
aqua uero & aceto bibita uentrem purgat, ualet cum uino  
morsui serpentum & uulneribus, si folia cum caule terran-  
tur, somnum excitat uenerem prohibet, refrigerat & sangui-  
nem auget uide Dioscorides capite. 65. & 66. tertij. Plinius ca-  
pite. 7. lib. 20.

Hippoglosson, siue *ἵππογλωσσόν*, uulgo bislingua, uel bonifa-  
cia, ualet præfocationibus uteris si cochleare eius radice su-  
matur, ualet etiam mirabiliter ruptis, siue crepatis, si pulue-  
ris chochleare cum brodio carnis quotidie sumatur, uidentur  
tamen in primis diebus eorum uelle intestina exire, nihilo-  
minus postea conglutinantur, idcirco diligenter in primis il-  
lis diebus ligentur, Diosco. cap. 127. quarti, Plin. cap. 10. lib. 77  
Pau. lib. septimo, molliendi uirtute pollet.

Hippuris, siue equisætum, græce *ἵππουρις* duplex est, alte-  
ra quæ uulgo dicitur cauda equina, altera asprella etiam di-  
ta, ualet ut testatur Gale. 6. de fac. simp. omnibus uulneribus,  
etiam si nerui essent præcisi, Diosco. cap. 44. quarti, pau. li. 7.  
adstringit & ualenter citra mordacitatem exiccat.

Hordeum græce *ἕρβη*, res est notissima, ex qua paratur pi-  
sana, Dioscor. capite. 78. secundi, Galenus septimo de facul.

simpli. & primo, de facult. alimen. refrigerat & siccatur in primo ordine cum pauxilla adstetione. itidem pau lib. 7.

Hordeum murinum id græce *ῥοιδίον* dicitur uulgo loliū syluestre uocatur, notum est, nam ubique nascitur ac ipsum frumentum, Dioscorid. capite. 40. quarti, plin. cap. 12 lib. 29.

Hyacinthus, siue *ῥαυίδης*, est secundum aliquos id quod uulgo dicitur cipolla seluatica, nec est ille hyacinthus, de quo fabulantur poete ex aiacis sanguine natus, nam ille producit florem rubeum iridi similem. Dioscorid. cap. 61. quarti, Galenus octauo de faculta. simplicium. paulus libro septimo refrigerat in secundo, siccatur in primo, semen leuiter abstergit & adstringit.

Hydropiper siue *ῥοιδίον*, non est, ut Ruellius uulgaris canariuola, sed potius quedam species persicariae, quæ nullam in folijs maculam per se fert, hæc enim seruat omnes illas conditiones, quas illi tribuit Diosco. cap. 150. secundi, Galenus 8. de fac. simp. Pau. libro septimo, acquaticum piper calidum, sed piperi modo.

Hioscyamus, siue *ῥοιδίον*, albus & niger non inuenitur, sed tantum qui flores flauos profert uulgo dicitur in squiamo ouer dente cabalino, Diosco. capite. 67. quarti. latine dicitur apollinaris herba, siue altercum, Galenus octauo de faculta. simp. plinius capite quarto lib. 25. paul libro septimo, est ex tertio refrigerantium ordine.

Hypecoon, siue *ῥοιδίον*, est herba quæ uulgo dicitur ruta seluatica, Diosco. ca. 66. quarti, Gale. 8. de fac. simp. plin. ca. 18. lib. 27. pau lib. 7. refrigerat in tertio.

Hypericon, siue *ῥοιδίον*, ascyron androsomō, & cori una & eadem res est, & si aliqua in folijs caule & floribus differentia adsit, uocatur hypericon uulgo perforata, nec est ruta syluestris, ut opinatur Brasauola, sed est uera perforata.

quæ uulgariter utimur, Dioscor. cap. 162. & 163. & 164. & 165. Galenus octauo de facul. simp. Plin. cap. 8. lib. 26. Paulus libro septimo, tertius species calefacit & siccatur tenui substantia prædita. De alijs dictum est in Androsomon.

Hysopus, siue ὄστρον, uulgo etiam hissope dicitur, aliqui putarunt gratiolam esse hysopum montanum, sed decipiuntur, nam gratiola in locis humidis nascitur & soluit uentrem educens bilem & pituitam & ulcera conglutinat. de hysopo lege Dioscor. cap. 27. tertij. Gale. 8. de fac. simp. calidus & siccus in tertio ordine.

Lapis græce λίθος ἰσθμίου, uulgo dicitur diaspro, meminit Dioscor. cap. 160. lib. 9. & Galenus nono de fac. simp. Paulus libro septimo, confert non continētibus cibum in stomacho.

Indicus lapis, siue λίθος ἰνδικός, uulgo endego, naturalis non habetur quo uero utimur fit ex isatide siue guado, Dioscorid. cap. 61. quinti. Plin. cap. 6. lib. 35. Paulus libro septimo, contra hemorrhoidas ualet.

Inula græce ἐλίνορ, est uulgaris planta, quæ dicitur uulgo euola ouer iola, Dioscor. cap. 27. primi. & Plin. cap. quinto lib. 19. & Galenus sexto de fac. simp. ualet pectoris humoribus uiscidis, item sciaticis in modum cataplasmatum & luxionibus paruis ab humiditatibus factis, Pau. lib. 7. calida est & sicca cum excrementitia humiditate.

Irion græce ἰρίον, quid sit, quum modo inter segetes modo inter herbas acuta, ac est nasturtium, connumeretur, certe puto quod res sit similis sismo, nascitur ubique cum folijs crucæ floribus paruis & flauis, a quibus cornicula quedam, in quibus est semen, proueniunt, Dioscor. cap. 147. secundi. Plin. duobus in locis 7. & 10. cap. lib. 28. & cap. 25. lib. 22. similiter Gal. 6 de fac. simp. & primo, de fac. alim. Pau. lib. 7. Erisimi semen igneum calefactoriumq; est.

Iris, siue <sup>ῥις</sup>, apud seplasiarios dicitur irios, & uulgo xilio morello, de hac nullibi iuxta Gal. nisi in Andromachi theriaca ubi illyrica commendatur Dioscori cap. 1. primi libri. & Plin. cap. 7. lib. 21. Paulus libro septimo, affatim calefacit extergit & maturat tenuis substantia tufti utilis.

Isatis, siue <sup>ῖς</sup>, uulgo guado da tingere, nam colores in sua uiuacitate omnes conseruat, Dioscor. cap. 107. & 108. secundum Gal. 6. de fac. simp. paul. lib. 7. siccandi uires & adstringendi habet.

Ifopyron siue <sup>ῖς</sup>, huc usque non uidi ne qui uiderit, uel cognouerit adhuc intellexi, quare aliorum iudicio hunc relinquam Diosco. cap. 116. quarti. Gale. sexto de facul. simpl. Pau. lib. septimo, abstergit, incidit semen eius luncus odoratus graece, <sup>ῖς</sup>, est quod uulgo dicitur squinanto prouocat urinam & menstrua. Vide Diosc. cap. 16. primi. Gal. 8. de facul. simpl. Plin. cap. 18. lib. 21.

Iuncus siue <sup>ῖς</sup>, est id quod uulgo dicitur zuncho. Dioscor. cap. 50. quarti, & Galenus octauo de facul. simpl. duas species iunci memorat, ut oxyschenon & oligoschenon Paulus, libro septimo oxyscheni semen somnificum est utriusque semen fixum desiccatur & fluxus cohibet.

Iuniperus graece <sup>ῖς</sup>, est res notissima. gumi eius sandaraca, siue scriptorum uermix est, sandaraca inquam arabū, nam sandarax Diosco. est res mineralis similis auri pigmento, fit ex hoc gumi & oleo de semine lini artificialiter uermix liquida, qua utuntur pictores ad illustrandas picturas, ualet combustionem ignis & doloribus ac tumoribus hemorrhoidarū, gumi uero iuniperi ualet catharrhis, cohibet mēstrua, fistulas exiccat, uermes interficit & resolutis neruis cōfert, Diosco. cap. 89. primi, Gal. 6. de fac. simp. ualet etiam scissuris manuum ac pedum ex frigore factis & fluxum sanguinis &

hemorrhoidarum constringit.

Ixia uiscus est radicibus chamaeleonis adherens, quo pene sagittis adglutinantur, Dioscor. cap. 21. lib. 6.

Ixus siue  $\text{ἰξός}$  est uiscus quercinus qui paratur a pueris in capiendis auibus, Dioscor. cap. 94. tertij. Galenus sexto de facult. simpli. Pau. lib. 7. calefacit cum acrimonia & humores ex alto elicit.

Lactuca græce  $\text{λακτώνας ἡ ἰσχυρὴ}$ , res nota est Galenus sexto de facult. simp. frigida & humida sed non excessiue, tollit sitim, & semen eius fluxum spermatis cohibet, & secundo de facult. alim. generat sanguinem quàm aliæ herbe meliorem, sed nõ omnino laudabilem, Diosco. cap. 125. secundi.

Lambrusca græce  $\text{ἀμύγδαλος ἀργία}$ , est uitis syluestris omnibus cognita, Diosco. cap. 2. quinti, plin. cap. 29. lib. 12. paulus libro septimo germina habent uim abstergendi nonnihil & adstringendi.

Ladanum, siue  $\text{λαδανός}$ , aromatarij laudanum dicunt, plin. cap. 17. lib. 12. & Gale. septimo de facult. simp. Diosco. ca. 113. primi. paul. lib. 7. calidum in secundo, emolliens mediocriter discutiens & maturans.

Lagopus, siue  $\text{λαγώπους}$ , id est pes leporinus, nisi sit garyophyllata, ut Pan de Aetarius, nescio certe quid sit, ualet in potionibus pro uulneribus & mensruis & sputo sanguinis dysentericis & ramici per os sumpta & emplastri modo imposita, est calida & sicca, Dioscor. cap. 19. quarti. Gal. septimo de facult. simp. pau. lib. septimo, desiccatur.

Lanaria herba, græce  $\text{ἑρπιδίου}$ , siue radícula, res erat tempore Dioscoridis multum in usu, sed apud nos quid sit, nescio, ualet enim sum opere in dealbandis lanis, cuius semen conditi dicitur, quod etiam minime habetur, Diosco. cap. 152. secundi, plin. cap. 3. lib. 19. & Gale. octauo de facult. simp. calida in quarto



in quarto quodammodo ordine sic etq; est.

Lapathum, siue *δαπαθον*, siue rumex, uulgo dicitur romice, de quibus plura Dioscor. cap. 106. secundi. Oxylapathon, enim & hippolapathon & oxalida sunt species Lapathi, uocatur primum, lapatium acutum, secundum magnum lapatium, quod folia rheubarbaro similia habet, & oxalida, quæ acetosam et uulgo, herba brusca uocant, plin. cap. 21. lib. 20. & Gale. septimo de fac. simp. pau. lib. 7. oxylapathum discutit & pauxillum repellit.

Lapsana, siue *λαψανη*, res est incognita, sed iuxta plini. est species brassicæ syluestris. Diosco. cap. 107. plinius capit te octauo lib. 20. Galenus septimo de fac. simp. pau. libro septimo, abstergit, discutit.

Laser, siue laserpitium, græce *οιλαριον*, uulgo assa, quæ in fetidam & odoratam diuiditur. assa fetida est, quæ habetur apud aromaterios, odoratus uero laser, est quod uulgo dicitur belzoino, nota tamen non haberi assam dulcem, nec eius loco succum glycyrrhice poni, sed potius belzouinum uocatum. Diosco. cap. 85. tertij. Galenus octauo de facult. simplic. paulus libro septimo, probe calefacit, extrahit, emollit. plin. cap. 3. libro. 19.

Lathyrus, siue *λαθυριον* est, quæ uulgo dicitur cataputia, siue cazzapuzza maior, nam minor est riccinus Diosco. cap. 171. quarti. Gale. 7. de fac. simp. plin. cap. 11. lib. 27. pau. lib. 7. purgandi uim obtinet.

Laurus arbor notissima, græce *δελφιν*. olim in precio habita. Sunt qui uelint per se laurum ignem accendere, dummodo rami simul confricentur et sulphur sursum prohibiciatur, Diosco. cap. 91. primi, Gale. 6. de fac. simp. paul. lib. 7. folia siccant & calefaciunt insigniter.

Laurus Alexandrina, siue laureola græce *δαφνοειδης*, & si

FFF

rusco ethypoglosso similis sit imo pro hyppoglosso a Fuchio accipiat, quum reuera non sit, mihi incognita restat, Dioscor. cap. 142. quarti, Gale. 6. de fac. simp. paul. libro septimo, calida, acris, & subamara est.

Lemnia terra græce λιμνία, ἔστι, est uerus bolus armenus orientalis dictus, si bene consideretur Galeni locus lib. 9. de facul. simp. nec est terra illa sigillata, quam tanti faciunt, Diosc. cap. 67. quinti, plin. cap. 6. lib. 35. Paul. lib. septimo, siccatur, & adstringit mediocriter.

Lentes siue lenticulae græce φακίδες, uulgo dicitur lentichie, Diosc. cap. 98. secundi, Galenus octauo de facul. simp. paul. libro septimo, siccant in secundo ordine, medio caloris & frigiditatis temperamento.

Lens palustris siue φακίς ἐπι τῶν τελευτῶν, uulgo dicitur Zen, uel lenticularia, oritur in aqua, Diosc. cap. 34. quarti, Galenus octauo de fac. simp. Paul. lib. 7. humectat, & refrigerat in secundo abcessu.

Lentiscus arbor græce οξύλος τὸ δένδρον est, quæ mastichen producit, Diosc. cap. 77. primi, Galenus octauo de fac. simp. Plin. cap. 6. lib. 13. Paul. lib. 7. siccatur in secundo medius in caliditate refrigerando.

Lepidium siue λεπίδιον est piperitis, ut dictum est de Iberide Diosc. cap. 165. secundi, Ruellius Hermolius & Manardus putant, quod sit raphanus, Plin. cap. 8. lib. 9. Gale. 7. de facul. simp. calefacit in quarto, & est simile nasturtio. Paul. lib. 7. idem refert, sed ipse inquit in tertio.

Lichen siue λικην ἔστι herba a seplasiarijs hepatica uocata. Plin. cap. 4. lib. 26. duas species commemorat, alteram quæ solum latifolium apud radices habet, alteram quæ petris adheret, ueluti muscus, ualet hæc herba lichenis. i. uolaticis, Dioscor. cap. 51. quarti, Gale. 7. de fac. simp. Paul. lib. 7. extendo

purgat, mediocriter siccatur & refrigerat.

Ligusticum siue *λίστιον* ab aliquibus pro leuistico accipitur, sed si litera Dioscori bene ponderetur, non est uerum ligusticum. uide Dioscor. cap. 53. tertij, Galenus septimo de fac. simp. paul. lib. septimo, excalefaciunt ac probe statur discutiunt semen & radix.

Lilium græce *κρίνον*, res est uulgaris & notissima, id inter liliorum species facile connumeratur, quod uulgo martegone dicunt, Dioscor. cap. 107. tertij, Gale. septimo de fac. simp. plin. cap. 5. lib. 21. Paulus libro septimo, flos lilij discutiendi ac emolliendi uireis habet.

Limonium siue *λίμνιον*, res est similis betæ syluestri, ut Plinius capite octauo lib. 20. quanuis affirmet Gale. se nunquam betam syluestrem uidisse, Dioscor. capite. 18. quarti, Galenus septimo de fac. simp.

Linum siue *λίνον* res uulgaris est, oleum ex eius semine omnines neruorum & iuncturarum durities mollit, & est mirabile hemorrhoidibus, ignis combustionibus cum aqua rosea lotum, sumuntur & in principio morbi lateralis exesuncie quatuor, & sanat, Dioscor. cap. 94. secundi, Gale. septimo de fac. simp. calidum, quasi in principio, medium inter siccum & humidum.

Lithargyros siue *λίθαργύρος* res est ex plumbo & ære proueniens dum argentum & aurum depurant. uide Dioscorid. capite. 56. quinti, Plin. capite sexto. libro. 33. & Galenus nono de facul. simp.

Lithospermon siue *λίθοςπερμόν*, seplastarij milium solis uocant crederem ego id esse, quod uulgo dicitur lacrima dacone miratur Plin. cap. 11. lib. 17. de lithospermo, Dioscor. capite. 149. tertij, Paulus libro septimo, calculos frangit & uricamas elicit.

Lolium graece αἰπῶν, uulgo dicit loio, nec est pseudomelan-  
thium ut fuchsius Galenus 6. de facul. simplicium Dioscori-  
des cap. 191. secundi, Paulus lib. 7. calidum in primo tertij, &  
ficum in fine secundi.

Lotus aegyptia siue λωτός αἰγυπτίος, uocatur a Serapione  
handacoca ex cuius semine paratu oleum ad dolorem iun-  
cturarum, uerum de utraque loto intelligit Serapio, Diosco.  
cap. 109. quarti, Gale. 7. de facul. simpl. Plin. cap. 27. lib. 13. &  
cap. 31. lib. 15. Paulus lib. 7. lotus arbor extenuat & siccata ac  
mediocriter adstringit.

Lotus satina siue λωτός σάτινος, nisi sit melilotus uulgaris,  
haud scio quid sit, lotus syluestris ignota est, Diosco. cap. 106.  
& 107. quarti, Paulus libro septimo, lotus domestica a non-  
nullis triphillon appellatur, absterforias uireis & modice sic-  
catis obtinet.

Lupini graece λυπῶν, sunt omnibus noti, amari dulcoran-  
tur & comeduntur, maxime domestici, Dioscorid. cap. 101. se-  
cundi, & Gale. 1. de. facul. alimen. & 6. de facul. simpli. Paul.  
lib. 7. esculentum obstruit, amarum abstergit dissipat & sine  
morsu desiccata, lumbricos occidit & uiscera purgat.

Lychnis siue λυχνίς, nisi id sit quod uulgo dicitur rosete,  
profecto nescirem quid sit, nam Plin. cap. 4. lib. 21. inquit rosa-  
rum speciem esse in aquosis locis nascentem cum quinque fo-  
lijs Diosc. cap. 105. & 106. tertij, Gale. 7. de fac. simp.

Lycium siue λυκίον, aliud est quo seplasiarij utuntur, aliud  
quod a Diosco. cap. 117. primi, recitatur, Quod uero in offi-  
cinis uenditur, alij componunt ex baccis lygustri, alij ex ma-  
trisylus, alij ex utrisque simul sed uti possumus pro lycio  
sumach. uide Gale. 7. de fac. simp. nam ex pixiacantha arbore  
fieri inquit, ualens ulceribus oris malignis & serpentibus,  
Plin. cap. 7. lib. 12. & cap. 14. libro. 24. Paulus libro septimo

calefaciendo & refrigerando medium est, desiccatur uero in secundo abscessu.

Lycopsis, siue λυκοψις, nisi sit species anchusae, aut cynoglossa uulgaris, nescio profecto quid sit, uide Dioscorides capite. 27. quarti. plinius capite undecimo, libro. 27. paulus libro septimo, radix adstrictoria.

Lyncurion est electrum, siue succinum plumas, siue paleas trahens, ut refert Dioscor. cap. 73. secundi, unde pterygophoron dictum uide de electro.

Lysimachia, siue λυσιμαχια, a Lysimacho rege nomen capiens nostris temporibus non cognoscitur, nec est lysimachia ut Ruellius quae uocatur cereta, sed alia longe diuersa herba, nam cereta folia lino similia habet non salici, ut Diosco. capite tertio quarti, plinius capite septimo, libro. 25. Galenus septimo de fac. simp.

Macer, siue μακας, nisi sit macis qui est cortex nucis indicae nescio quid sit, nec aliud coniectari possum, Dioscor. cap. 95. primi, Galenus octauo de facul. simp. interpretatur a Pandemario cortex mali punici, sed qua de causa, nescio paul. lib. 7. inter frigiditatem & calorem medium obtinet siccatur in tertio ordine & adstringit.

Malabathron, siue μαλαβαθρον, uulgo folium indicum, nobis ignotum, pro quo utimur casia, uel nardo indico, ut Galenus in succidaneis Dioscor. cap. 11. primi, Plinius capite. 27. libro duodecimo.

Malua graece μαλακη, res notissima omnibus. Dioscorides capite. 109. secundi, Galenus secundo de faculta. alimen. Theophrastus capite quinto primi, plinius capite. 21. lib. 20. paulus lib. 7. syluestris mediocriter discutit & mollit, hortensis uero imbecillior.

Mandragora, siue μαγδαρορα. Pluribus in locis Italiae nascitur

scitur. Vanum est credere mandragoræ radices habere formam hominis, uerum propter pomum quod cum radicibus euellitur, formam hominis sine brachijs præ se fert, unde Pythagoras *αὐτὸ πομπόμορον* appellauit: Dioscor. cap. 74. quarti, & Galenus septimo de fac. simp. frigidum est in tertio, sed poema eius aliquid caliditatis in se habent, plura habet Serapio in lib. aggre.

Manna siue *μάννα*, non dico thuris, sed solutiuæ est in multiplici differentia, ut referunt Arabes, nec aliud est manna quæ ros, siue liquor suauis noctu cadens super arborum folijs, aut super terram, uel petram, uel herbas, quæ deinde condensata in modum gumi euadit, Duplex est quæ ad nos affertur masticina s. & bombicina, masticina dicta, quia similis grano mastice est, & est excellentissima, sed bombicina nullius ferè precij, quæ uero Calabrensis dicitur, ualidior est, quæ in folijs, quàm quæ in ramis arborum colligitur, unde uulgo dicitur manna di foglia, quæ minutis granis transparens grauis alba dulcis & suauis, Arabes duas mannæ species assignant, Mannam, s. & Tereniabim, nec inter se hæc duæ differunt, nisi quod Tereniabim est altera manna liquidior, uide de manna Galenus tertio de fac. alim. ad eorum confusionem, qui Gal. mannam non cognouisse affirmant in capite de melle, ubi multa de manna pronunciat, est & manna thuris, & est quidam puluis, ut testatur Dioscor. cap. 69. primi, uide de manna Auic. & Serapionem cap. de tereni. abim & menh.

Marrubium græce *μαρρυβιον* est planta notissima, uide Galen. octauo de fac. simp. & Theophr. ca. 2. de histor. plant. & Diosco. cap. 110. tertij, Est & alterum marrubium nigrum, balote dictum, quod adeo meli. issæ est simile, ut uix ab ipsa, nisi malus odor adesset, agnosceretur, Dioscor. cap. 108. tertij, Paulus libro septimo. Nigrum est acris & absterforie facultas

tatis, prasiō uero calefacit in secūdo siccāt, & uiscera laxat.

Marum, siue *μαρῶν*, nisi sit quod uulgo dicitur maiorana fina, haud scio quid sit, nam bene redolet, ut marum, uide Gale. de antidotis cap. de comp. hedicroi, & Diosco. cap. 4. 4. tertij. Medica herba in Hispania abundantissima in Italia non habetur, uocatur arabice *alfasafat*, Ruellius hanc nasci in Galia adserit, uocariq; trifolium māius, cap. 136. secundi, Plin. ca. 16 lib. 18, a medis inuenta dicitur & græce dicitur *μαρῶν*.

Medion, siue *μαδῖον*, quem nec uiderim, nec apud me de eo aliqua sit imago, in Media enim tantummodo nascitur, nescio quid affirmare debeam. Dioscor. cap. 20 quarti, Plinius cap. 12. lib. 27. Galenus septimo de facul. simpl. contrariam semini eius habet temperiem, nam menstrua herba constringit, quæ semen prorsus elicit.

Mellilotus, siue *μελλίλωτος*, quem etiam fertulam campanam uocant affertur ex Neapoli Venetijs, quo uero utuntur seplæsiarij, uerus non est, sed species trifolij, sunt tamen qui dicant mellilotum uulgare esse lotum Dioscor. Plin. cap. 9. lib. 21. Et Gale. 7. de facul. simp. Dioscor. cap. 4. 3. tertij, Pau. lib. septimo, diuersis facultatibus pollet adstringendi. s. & discutendi & concoquendi.

Melissophyllon, siue *μελισσοφυλλον*, uulgo dicitur moliferno uer cedronella, res nota est, Cardiacis & tristibus, ut referunt Arabes & passionibus cordis ualet, & aperit opilationes cerebri, Dioscor. cap. 109. tertij, Galenus septimo de fac. simp. Pau. lib. 7. uiribus marubio respondet.

Menta & mentastrum, græce *νδύοσμος ἡμερος καὶ ἀργίος*, res sunt manifesta excitant uenerem, ut Gale. & Dioscor. quantum uis contrarium sentiat Plin. cap. 14. libro. 20. uide in hoc Gale. le. 6. de fac. simp. & Dioscor. cap. 36. & 37. tertij uermes etiā interficit, Paul. libro septimo, calida in tertio ordine tenuis

acris cum humiditate semicocta.

Meon, siue  $\mu\epsilon\omicron\sigma$ , & si multa copia nascatur in Hispania, nullibi tamen quod sciam in Italia habetur, nam quod passim ostenditur pro meo, est radix saporis pastinacae similis, eius uice funguntur myrthobalani, uulgo dicti ben delli profumeri, unde etiam sub nomine nucis unguentariae appellantur. Diosco. cap. 3. primi. plinius cap. 23. lib. 20. Galenus septimo de facult. simpli paulus libro septimo, calefacit in tertio ordine, in secundo siccatur.

Mercurialis herba graece  $\lambda\upsilon\upsilon\tau\omicron\sigma$ , ob enematum usum notissima, uide plin. capite quinto. lib. 25. Galenus. 7. de fac. simp. & Diosco. ca. 183. quarti, paul. lib. 7. aluum liberaliter subducit & illita discutit.

Millefolium graece  $\mu\upsilon\tau\iota\omicron\phi\upsilon\lambda\lambda\omicron\gamma$ , eius duo capita habet Dioscor. alterum de stratiote millefolio, & alterum de myriophyllo, sunt qui uelint stratiotem esse millefolium uulgare nostrum, quum in myriophyllo unus tantum coliculus & in nostro uulgari plures inueniuntur, de stratiote loquitur Gal. 8. de fac. simp. & Diosco. ca. 110. quarti, de myriophyllo ca. 100. quarti, et Gal. 7. de fac. simp. in fine, plin. cap. 16. lib. 24. paul. lib. 7. uim siccandi adeo obtinet ut conglutinet uulnera.

Mora graece  $\mu\omicron\rho\tau\epsilon\alpha$   $\eta$   $\sigma\upsilon\kappa\alpha\mu\upsilon\tau\iota\alpha$ , tam alba, quam nigra cognoscuntur, habent uim soluendi & constringendi, Dioscori. capite. 147. primi, Galenus octauo de facult. simp. paul. lib. 7. itidem adserit.

Muscus arborum, graece  $\mu\upsilon\sigma\kappa\omicron\varsigma$ , uulgo dicitur usinea, quae ut refert Serapio somnum prouocat, uomitum & fluorem uentris cohibet, & est medicina cordis, ut Aui. Diosco. cap. 20. primi, Galenus sexto de facult. simplicium. paulus libro septimo, q. cedris adheret distrahendi simul & molliendi uim moderatam habet.



Muscus odoratus est res quæ in gazellarum folliculis continetur, recens & immatura grauis ac pessimi odoris, sed quum maturauerit tanquam sanies e folliculis egrediens est gratissima ac pretiosissima calida & sicca in secundo ordine, lege Serapionem lib. aggregre.

Muscus marinus est uulgaris corallina, quæ pro enecandis uermibus datur pueris, infrigidat, ut Gale 6. de fac. simp. Diosc. ca. 94. quarti. paul. lib. 7. infrigidat & adstringit, græce dicitur *βρίον θαλάσσιον*.

Mumia uera non habetur, sed posset parari uera, si corpora mortuorum ex aloe, myrrha, & croco condirentur, dein a de id liquoris ad tempus exciperetur, ualet ita parata doloribus capitis frigidis, paralysi, oris torture, uirtigini si extrahatur per nares cum aqua maiorana & doloribus aurium cum oleo uiolaceo albo, est calida & sicca in tertio secundum Arabes.

Myos otis græce *μύς ὄτα*. i. muris auricula, nisi sit quod uulgo dicitur lentone, haud scio quid sit. Galenus. 6. de facul. simp. Diosc. cap. 175. secundi. plin. ca. 12. lib. 27. paul. lib. 7. refrigerat & humectat & uocatur ab ipso asine.

Myrrha uera græce *μύρρα*, non habetur, nisi forte nostra communis sit, quæ a Diosco. dicitur caucalis, siue ergasime, nam nostra cunctis conditionibus requisitis indiget, quum nec sit uiridis, nec crassa, nec acuta, nec odorata, nec colore unita, quare caueant qui in potionibus ac catapotijs eam imponunt, Diosco. cap. 69. primi, Galenus octauo de facul. simp. & in libro Antid. in compos. Theriaca. paulus libro septimo, calescit in secundo, & siccatur, uide etiam Plinium capite. 16. & 17. libri. 12.

Myrrhis herba, siue *μύρρις*, nisi sit cicutaria, ut communis est opinio, uel cerasoliu ut manardus, nescio quid aliud sit, qui

tenent hanc esse angelicam herbam ualde decipiuntur, siquidem angelica cicutæ folia non habet, sed potius pastinacæ, Diosco cap. 21. 1. quarti, Pau. lib. 7. calefacit in secundo, et non nihil extenuat.

Myrtus græce *μυρτιν*, nota est omnibus, eius facultas frigida & terrestris, ut refert Gale. septimo de facul. simp. Quod uero myrtidanum dicunt est quoddam gibbosum ueluti adnatum myrto, Dioscor. cap. 32. primi, Paulus libro septimo, ualentior siccatur.

Naphtha siue *νᾶφθα*, est ueluti oleum petreolū, uel de monte Zibio appellatū, reuera bituminis genus, quod in mari mortuo, quod est stagnum minoris syriæ, nascitur, calefacit excicat & uulnera recentia conglutinat Diosc. cap. 86. primi.

Napellus Auicennæ, nisi sit toxicon Dioscoridis, ut putat Manardus, nescirem profecto in Dioscoridis capita hunc referre, est enim mortiferum uenenum, Auic. lib. 2. calidum & siccum est in sumo.

Napum græce *βουναρ*, uulgo Nauon, & est res notissima, ex cuius semine oleum in Aegypto extrahitur. Diosc. ca. 103. libro secundo.

Narcissus est res nota, similis est hermodactilo folia habet porracea, tenuiore tamen & angustiora caulem sine folijs concuum, in quo candidus flos existit, Dioscori cap. 155. quarti. Theoph. cap. 6. lib. 6. Plin. cap. 3. lib. 21. Gale. octauo de fac. simp. Pau. lib. 7. uim habet aliqualem attrahendi & abstergendi græce *ναρκισσος*.

Nardus siue *ναρδος* est, quam spicam nardi seplasiarij uocant, & est syriaca spica & non indica, sed non mirari satis non possum, quod si ab una, eademq; radice multæ ac numerosæ spicæ pululent, ut inquit Dioscorid. Quæ non spicæ sed radices esse Gal. dixerit in Andromachi theriacam. De indi-

ca Dioscoridis sunt uerba. *εσθ' οτι ερα κατα δυναμιν ερα δια το εφ' οδατωδων τοσων εναυ και εσπι μηκε ερα πολυιουνας τε ιχθησα της ταχυς εσθ' ασο ε ευτης ριθης και πολυκομους και περι περιωλημυους εσθ' ca.* Nec sat is est dicere motanam spicam non ita oriri, quā ipsa teste Dioscoride non nisi bonitate odoris torosioreq; spica differat. quare caueat Mathiolus Senensis quomodo in Manardū, alioqui doctissimum tam aperte latret. nā & Gale. in eodem loco iubet in his & alijs Diosco. consuli paul. libro septimo, calefacit in primo. siccatur in secundo. Vide & Gale. 8. de fac. simp. & Plin. cap. 12. lib. 12.

Nardus gallica. siue *ναρδος κελτικη* uulgo spica celtica non habetur apud nos, uide Dioscor. cap. 7. lib. 1. quod uero non sit salinca Plinij, non est ut probem Gale. 8. de fac. simp. Paulus libro septimo, calidior superiori minusq; adstringit.

Narcaphton siue *νασκαφθον* uulgo dicitur tignamo, ac si dicere tur thymiana, quod nihil aliud sonat q̄ suffumigium, uide de Diosco. cap. 22. primi.

Nasturtium graece *καρδαμον*, uulgo agretto, & est familia risissima herba & notissima, de qua Gale. 7. de facul. simp. loquitur, calida est, Diosco. cap. 14. 4. secundi, Pau. libro septimo semen modo sinapis urit.

Nerion. siue *νεριον*, uulgo dicitur oleandro est, ueluti uenum, ut Gale. 8. de fac. simp. Enecant etiam inquit Diosco. cap. 8. 1. quarti, flores & folia omnes quadrupedes, ualent etiā emplasiri modo morsibus uenenatorum, non autem sunt ptū, ut putarunt nonnulli. Plin. cap. 2. lib. 24. Pau. lib. 7. extrinsecus uim habet discussoriam & si intus assumatur, occidit, dicitur etiam alio nomine rhododaphne.

Nymphaea, siue *νυμφαία*, uulgo nenuphario, potentior est, quae radicem albam fert, uide Gale. octauo de facul. simplic. Diosco. cap. 140. & 139. tertij, Plin. capite septimo, libro 25.

Pau. lib. 7. uires habet sine erosione siccas uentrem reprimunt,  
& genituram arefacit.

Oera, siue  $\omega\epsilon\tau\alpha$ , est terra gialla q̄q̄ alij uelint esse terram  
rubeam, uide Diosco. cap. 62. quinti.

Ocymoides, siue  $\omega\kappa\upsilon\mu\omicron\iota\delta\epsilon\varsigma$ , uulgo basilico saluatico, res est  
notissima, uide Diosco. cap. 29. lib. 4. inuenitur inter frumen=  
ta, Gale. 8. de fac. simp. pau. lib. 7. radix inutilis semē sine ero=  
sionē seccat.

Ocymum, siue  $\omega\kappa\upsilon\mu\omicron\nu$ , uulgo basilico domestico, Diosco. ca=  
pi. 130. sc. cundi, & Gal. 2. de fac. alimen. & 8. de fac. simp. cali=  
dum in secundo ordine cum superflua humiditate, ut idē. pau.  
lib. 7. adserit.

Ocimum aquaticum græce  $\omega\pi\omega\varsigma$ , uocatur, Dioscor. cap. 30.  
quarti, & est forte apud Galenum, echinum dictum. 6. de fa=  
culta. simpli.

Oenanthe, siue  $\omega\epsilon\upsilon\alpha\theta\eta$ , nisi sit filipendula, ut Euchsus, ne=  
scio quid sit, uide Theophr. cap. 7. lib. 6. & Plin. cap. 24. li. 21.  
Diosc. cap. 126. tertij, oenanthe etiam accipitur pro flore ui=  
tis syluestris qui insigniter adstringit stomachum & aluum  
firmat, sed oenanthe Diosco. eicit secundas, stillicidio urinae  
& morbo regio medetur, uide pau. lib. 7.

Olosteon, siue  $\omega\lambda\epsilon\varsigma\tau\omicron\nu$ , est species consolidæ & non est pi=  
losella, ut nonnulli putarunt, nam pilosella est herba ualde ad=  
strictoria, ita ut uulnera conglutinet cohibet fluores uentris  
& sputum sanguinis & fluxus muliebrum albos de olosteo,  
uide Diosc. cap. 12. quarti, Gale. 8. de fac. simp.

Olyra, siue  $\omega\lambda\upsilon\pi\alpha$ , est species zea uulgo spelta nominata,  
nec est segala, ut Virgilius Marcellus, nā ex olyra panis dul=  
cissimus conficitur, & ex segala amarus, nec siligo est sega=  
la, ut aliqui putarunt, sed potius species grani, ex cuius flore  
panis albusissimus & optimus olim conficiebatur, quod con=

trarium omnino accidit nostræ segale. seu ferragini. ut a Plinio vocatur capite. 16. libro. 18. uide Dioscorid. de olyra. capite. 62. secundi. & Galenus primo de facult. alimen. et octauo de facul. simp.

Opium est papaueris liquor. unde græce dicitur *ὀπιοῦ μνηκῶ* vos. fit ex lacte quod a papaueris capite destillat. ut Dioscor. ca. 63. quarti. Paulus libro septimo. tenet q. sit frigidū in quarto. nihilo minus eius amaritudo non frigidum simpliciter. sed aliquatenus calidum. potius affirmaret. quare diligentius res consideretur. uide Galen. septimo de facul. simp. ubi de papaueris specie agit.

Opopanax. siue *ὀπὸν ἄριον*. fit ex panacis herculei liquore. uide Diosco. cap. 50. tertij. & Gale. octauo de fac. simp. calidum in tertio. & siccum in secundo. Mesu. cap. de opo. pituitā crassam & uiscosam in remotis partibus corporis contentam soluit. pau. lib. 7. Mollit etiam & discutit.

Origanus. siue *ὀρίανον*. quo utimur. ut refert Brasauola est heracleoticus. sed iuxta aliorum opinionem est origanus syluestre. & heracleoticus & onitis nostro tempore non inueniuntur. uide Dioscorid. cap. 29. tertij. Theoph. capite secundo. libro sexto. Plinius capite. 17. lib. 20. Galenus. 8. de fac. simplici. habet uim incidendi extenuandi. siccandi. & calefaciendi in tertio abscessu.

Orminum. siue *ὀρμινον*. nisi ut Ruellius sclarea. nescio certe an reperiatur. Diosco. cap. 126. tertij. plin. cap. ulti. lib. 22. Gale. in fine primi. de fac. alim. alteram speciem ormini memorat. pau. lib. 7. marubio simile calidum mediocriter. siccum. & abstergens.

Ornithogalos. siue *ὀρνιθόγαλον*. quamuis ubique inter segetes nascatur. nedum a me uisa est radices habet. quas edunt pueri. ut refert Ruellius. sunt in Veronensi agro quedam

radices dulces & in sapore castaneis similes, quæ thrasse uo cantur Diosco cap. 133. secundi.

Orobanche siue *ερωβανθη*, est herba quæ non solū orobum strangulat, sed omnes quæ uicinæ sunt, plantas sternit, unde ab aliquibus herba lupa, ab alijs cauda leonis, ab alijs uero herba taurina, eo quòd a bobus comesta ad coitum eas promo- uet, Diosco. cap. 133. secundi, Theophr. 8. de histor. planta. & quinto de causis plant. Plin. cap. ult. lib. 22. Fau. libro septimo est temperamenti sicci & frigidi ad primum ordinem.

Oryza, siue *ερυσια*, uulgo riso, nascitur palustribus & uli- ginosis locis aluum compestic, uide Diosco. cap. 86. secundi. Plinius libro. 18. capite septimo, Paulus libro septimo, uim ha- bet adstrictoriam.

Oxyris siue *εξυρις*, uulgo linaria dicitur, uide Diosco. cap. 238. quarti. Galenus octauo de facult. simp. plinius capite duo- decimo, libro. 27. paulus libro septimo. Amara est & uires iecoris laxat.

Oxyacantha, siue *εξυακανθα*, est id quod Arabice dicitur ber- beri, nec est si bene huius plantæ notæ considerentur, quod uulgo dicitur crespini. Dioscor. cap. 107. primi. Galenus octa- uo de facult. simpli. paulus libro septimo, fructus ipsius mirti baccis respondet, Auic. tenet quòd sit frig. & sic in tertio.

Peonia, siue *παιονια*, femina est notissima, sed mascula non inuenitur, Gale. sexto de fac. simp. est tenuium partium, sed non nimis calida, imo magis temperata, aut a temperie pa- rum in calore distans Dioscor. cap. 148. tertij. plinius lib. 25. capite. 4. pau. libro septimo. Radix acris leuiter subamara et siccans cui nonnihil adstrictionis inest.

Paliurus, siue *παλιυρος*, quid sit, reuera nescio, nisi nomen sit ad placitum, nam omnes antiqui in paliuro discrepant, Theophr. cap. 17. libri tertij, & cap. 4. lib. 4. Diosco. cap. 13.

primi. plinius cap. 19. lib. 13. & cap. 13. lib. 24. Pau. lib. 7. adstringit & semen incidit.

Palma græce φοίνικς, res nota est, nam dactilis, quos ipsa fert libenter uescimur, in quorum numero ponuntur etiam tama rindi, qui nil aliud sunt quàm dactili indiani. Diosco. cap. 129. primi. Galenus octauo de facul. simp. & secundo de facul. alimen. pau. libro septimo, fructus iam maturus calefacit reliqua palma ualde adstringit.

Panax. siue ~~panax~~ <sup>panax</sup>, quum triplex sit Aesclepium. s. ab Aesculapio chyronium a chyrone & heracleum ab Hercule, & si aliquibus cognitum dicatur, reuera tamen ego non uidi, sunt qui pro panace Aesclepio monstrant mille folium uulgarre, & pro chyronio inulam campanam, uide tamen Diosco. cap. 50. & 51. & 52. tertij. Galenus octauo de fac. simp. plin. cap. 27. lib. 12. & cap. 4. lib. 25. pau. libro septimo. Herculcum calidum in tertio, & sicum in secundo, molit, & discutit ex hoc fit opopanax Aesclepiū et chironiū priori sunt calidiora

Pancration siue ~~pancratium~~ <sup>pancratium</sup>, est minor & rotundior scilla, uide Dioscorid. cap. 165. secundi. uide etiam de scilla. Galenus octauo de facult. simp. paul. libro septimo, specie & uiribus scille simile est.

Panicum omnibus notum, Galen. 6. de fac. simp. pau. lib. 7. ficut, & refrigerat.

Papaueris genus siue ~~papauer~~ <sup>papauer</sup>, duplex est, alterum syluestre, alterum domesticum syluestre est id quod flores puniceos, siue rubeos habet, cuius flores inquam a uulgo in laterali morbo fici habentur pro efficaci remedio, domesticum uero rursus duplex album. s. & nigrum, quâquam horum a Diosco. tertia species assignetur, ui de Diosco. cap. 62. & 63. quarti, Gale. septimo de fac. simp.

Papauer cornutum, siue ~~papauer cornutum~~ <sup>papauer cornutum</sup>, sepius a me uisum,

sed spumeū, quod prope mare nascitur haudquaquā. Theoph. cap. 13. lib. 9. Qui dicunt glauciū ex hoc papauere fieri, quod & memithe Arabes uocant, reuera decipiūtur Diosco. c. 64. & .65. quarti. Gale. septimo de fac. simp. Pau libro septimo, adstringendi uireis habet.

Papirus siue *πάπυρος*, in Italia non habetur, ut Theoph. cap. 9. lib. 4. & plin. ca. 11. lib. 13. sed tantum in Aegypto, olim ex papyro cartæ conficiebantur, unde etiam nomen adhuc retinet, Diosco. cap. 100. primi, Gal. 8. de fac. simp. pau. lib. 7. sic cat, cartæ crematæ modo.

Paronychia siue *παρονυχία*, & si a multis herbarijs cognita, nunquam a me uisa est. scio tamen folia iuxta radices rotunda habere similia peplo, uide Diosco. cap. 52. quarti, Gale. octauo de fac. simp. Pau. lib. 7. extenuat, siccatur paronychijs medens citra erosionem.

Parthenium siue *παρθένιον*, uulgo dicitur matricaria, ouer amarella, nomen adhuc seruans amaraci, nec est secunda species artemisise, ut Brasauola & Fuchsius, nec est colubula fetida, nec helxine quam paritariam dicunt, ut nonnulli sunt qui dicant athanasiam uulgo daneda uocatam esse speciem matricariae. Diosco. cap. 146. lib. 3.

Pastinaca graece *ῥαπυδιόν*, tam domestica quam syluestres sunt cognita, uulgo pastonache dicuntur, nec sunt carubia, siue carota, ut Ruellius, quum non habeant radices sanguineas, ut carobe. Decipiuntur etiam qui pro dauci semine, semē pastinacae accipiunt, quum alia res sit daucus a pastinaca, Diosco. c. 54. tertii, Gal. 8. de fac. simp. Pau. lib. 7. urinas & menses mouet adstringendi uiribus praedita, syluestris tñ est ualētior.

Pastinaca piscis graece *ῥαπύριος* est qui uulgo dicitur pesce columbo, in cauda habet spinam acutissimam & uenenosissimam, unde plin. cap. 8. lib. 32. pastinacae quoque radio scarificare



care gengiuus & in dentium dolore utilissimū conteritq; is et cū elleboro albo illitus, dentes sine uexatiōe extrahit. Diosc. ca. 19. ex oleo in quo hepar huius piscis sit decoctū, scabies non solum in hominibus sed etiam in beluis probe expellitur.

Peplus, siue *πεπλος*, a seplasiarijs esula rotunda dicitur & est herba lacte plena, Peplis uero quū in maritimis locis nascatur, nunquā a me uisus est, Diosc. cap. 162, & 163 quarti, Gale. 8. de facul simp pau. lib. 7. eius liquor tithymalorum modo purgat.

Peucedanum siue *πεucedανος* olim Dioscoridi familiare, mihi incognitum est, nec quod pro peucedano monstratur est uerum peucedanum, si diligenter res examinetur. sed quum optimum in sardinia oriatur, non esset forte difficile, ut cognosceretur, Diosc. cap. 83. tertij, Gal. 8. de fac. simp plin. ca. 9. li. 25. Pau. lib. 7. calefacit, discutit & siccat in tertio ordine.

Phalaris, siue *φάλαρις* est species lithospermi, quod a seplasiarijs dicitur miliū solis, nam maius & minus reperitur, Diosc. ca. 150. tertij, plin. cap. 12. lib. 27. pau. lib. 7. calida est & tenuis doloribus uesicæ prodest.

Phaselus, siue *φασόλος* uulgo fasolo, cuius spēs plures enumerantur coloribus distincte, nam aliqui sunt rubri, albi, alij citrini flauiq; & ex diuersis coloribus picti, Diosc. ca. 99. secundum di, uide de smilace Auerroim, declinant ad calidum et humidum impingunt corpus.

Phu siue *φύ* est ualeriana maior, nam minor etiam reperitur, que similis est maiori, nisi quod lanuginosior & breuior est, flores fert albos & purpureos simul mixtos, multas radices tenues habet, maior autem similis olusatro caulem habet cubitalem & maiorem & cetera, que in ualeriana uisuntur demptis floribus, qui Narciso nō sunt similes, quā locū hunc in Diosco. corruptū putat Ruellius, quod fieri potest,

GGg

quum cætera sint satis manifesta Diosc. ca. 10. primi, Galen. 8. de fac. simp. uim habet nardo similem.

Phycus marinus siue φύκος θαλάσσιον, quid sit nescio interpretatur latine alga a Theodoro sed non est alga, quæ Venetijs in seruandis uitrīs reponitur Diosc. cap. 95. quarti, Gal. 8. de fac. simp. pli. ca. 23. li. 13. pau. lib. 7. refrigerat. siccatur in secundo & mediocriter adstringit.

Phyllitis, siue φύλλιτις, est lingua ceruina olim pro scolopendria habita olim inquam, quum reuera nunc sit asplenon, siue citrach arabice dictū, nec est hemiotitis lingua ceruina, ut Manardus Leoniceus et Fuchsius et Ruellius adserūt, si locus recte prædatur. Diosc. c. 12. tertij, Gal. 8. de fac. simp. diarrhæa cohibet phyllitis. Pau. lib. 7. acerbæ qualitate constat.

Phyllyrea, siue φύλλυρία, non est tilia ut Hermolaus Ruellius et Marcellus Florcinus interpretatur, nā tilia græce φύλλιρα, & non φύλλυρία dicitur, de tilia scripsit Theoph. cap. 10. lib. 4. cuius cortex modo emplastri recentia uulnera conglutinat & folia eius trita inflammationes pedum resoluunt, et facit capillos renasci prohibens etiam eorum profusum, Phyllyrea arbor ignota est nostro tpe, uide Diosc. c. 110. primi, pau. li. 7. tiliæ folia adstringit iccirco ulceribus oris medetur.

Phyllon, siue φύλλον, uulgo folio, nisi sit persicaria maior, ut Ruellius, nescio profecto quid sit, uide Diosc. ca. 131. tertij, nullibi a Gale. nec a Paulo mentio habita est.

Pityusa siue πύτυσα, a sepulchris Esula maior uocatur, cuius radices ab ijs qui a monte Gargano siue sancti angeli ueniūt, pro turbit uenduntur a peritis tñ medicis neglectæ, hæc uero Esula maior alscebrā, & scebrā a Mesue notatur, cuius rei fidem facit Serapio ca. de scebrā, uide Diosc. cap. 160. lib. 4.

Plantago græce ἀπράλιανος res notissima, maior et minor inueniuntur quæ non desint, qui lanceolam herbam esse planta-

gūis affirmant, maior constat septē neruis, media quinque, minor tribus, habent facultatem, aqueam frigidam cum alia quali austeritate, ut Gale. 6 de fac. simp. Diosc. ca. 15. secundū di. pau. lib. septimo, refrigerat & desiccāt in secundo temperata ex aquea & terrestri substantia.

Platanus, siue *πλατάνος* in Italia, ut refert Theoph. non nascitur, uide tamen Diosc. de eius uiribus, ca. 92. primi, plin. ca. pi. 7. lib. 15. & Gale. 8 de fac. simp. exiccāt & in frigidat, a latiss folijs platanus dictus est, habet instar fici folia. pau. lib. 7. frigidiore & humidore ui constat.

Polemoniā, siue *πολεμόνιον*, nisi sit galega, siue gearcha dicta, ut refert Brasauola, nescio quid sit, non habet tamen in summitate corymbos, ut refert Diosc. cap. 9. quarti, uide Gal. 8. de fac. simp. & plin. cap. 6. lib. 25.

Polium, siue *πόλιον* sunt qui pluries uidisse affirmant, scio ego in hoc seplasiarios decipi, nā herbam pro polio ostendūt quæ caules ualde tenues & lino similes ex seminibus rotundis onustos habet, quæ polium reuera non est, uide plin. c. 7. li. 21. et Theoph. ca. 11. li. 9. Gal. 8. de fac. simp. et Diosc. c. 15. tertij, pau. lib. 7. tertij, calefacientium & siccantium ordinis est.

Polygonon, siue *πολύγονον* i. herba sanguinalis tam mascula quæ femina omnibus nota uulgo corrigiola, siue centinodia dicitur, Diosc. ca. 4. & 5. lib. 4. pli. ca. 12. lib. 27. Gale. 8. de fac. simp. pau. lib. 7. habet uim adstringendi frigida & humida in secundo ordine.

Polygonaton, siue *πολυγόνατον*, uulgo frasmella, siue ginchiella dicitur, cuius radicibus libenter mulieres ad fucum utuntur, ab aliquibus etiam uocatur sigillum sanctæ Mariæ, et sigillū Salamonis, Manardus in hoc deceptus est credēs polygonatū esse secacul arabum, nā Serapio scribēs de secacul nihil refert quod ad polygonatū attineat, Gal. 8. de fac. simp.

Diosco. ca. 6 lib. 4. Paul. lib. septimo, uariæ facultatis est ad  
strictiorie acris & amaræ.

Polypodium. siue *πολυπόδιον*, oïbus notū, attuarius purgat  
bilem nigrā & pituitā, Manardus soluit sine molestia, Me-  
sues extenuat corpora quod et Gal 8. de fac. simp. ualēter exic-  
care inquit sine mordacitate Diosco. cap. 179. quarti plin. ca-  
pi. 8. lib. 26. siccatur abunde citra morsum.

Pompholix. siue *πομφολιξ*, qua utuntur seplasiarij non est  
pōpholix. sed potius cadmia. quod uero tucia non sit. apparet  
quū tucia uera leuissimus quidam puluis sit. non autem ut la-  
pis ac nostra uidetur, quare apud pharmacopolas nō inueni-  
ri tuciā nunc affirmare, nisi aliā habere forte inuestigauerit,  
uide Diosc. cap. 43. 5. nec ausus est aliquis qđ scia hāc in cata  
potijs. siue pharmacia. que p os degluūtur tuciā imponere.  
Gal. 9. de fac. sim. pli. c. 13 li. 34 pau. li. 7. siccatur sine erosione.

Populus siue *πίπλος* tam alba q̄ nigra nota est oïbus uulgo  
ab Hetruscis dicitur oppi. a Longobardis Piope. ex quibus fa-  
bulantur electrū oriri sed reuera ab insula quapiā olim Au-  
strauia dicta a quibusdam arboribus nostro pino similibus ef-  
fuit et ad Germaniā p maris inūdatiōe aliqñ perfertur, hoc  
uulgo dicitur a seplasiarijs charabe. nec est gumi populi. ut nō  
nulli retulerūt Diosc. c. 94. et. 98. 1. pli. ca. 24. lib. 16 pau. li. 7.  
Nigra calefacit in primo modice siccatur tenuis substātia. alba  
aquosa est tepida terrestrisq; substātia & abstersoria.

Porrū capitatum græce *πράσον κεφαλατόν*, oïbus notum. sed  
quō capitatū euadat etiā nostro tēpore cognitum est. nā in  
tēpore transplantationis si folia et radices porris incidantur,  
& aliquid quod illud descendere prohibeat in plantando sub-  
ter ponatur facile capitatū euadit. Diosc. cap 38 lib. 2. de por-  
ro uero agresti lege ampe. oprasō. pau. lib. septimo, mali sue-  
ci est & acris extenuat & abstergit.

Fortulaca græce αἰδράχλω, uulgo porcellana. Gal. 6. de fac. sim. frigida in 3. et humida in 2. biliosos ac calidos humores cohibet et ut refert pli. c. 21. li. 20. rupturas umbilici constringit. Diosc. c. 1. 23. 2. pau. li. 7. refrigerat in 3. humectat in secundo.

Potamogeton, siue ποταμογάτων, uulgo dicitur beta aquatica nascitur in lacustribus & aquis locis. pruribus ac uentis & depascētibus ulceribus prodest, Diosco. cap. 96. quarti. Gale. 8. de fac. simp. pau. lib. septimo, refrigerat et adstringit.

Psyllium, siue ψύλλιον res notissima est, cuius semine in refrigerandis corporibus sepe utuntur Medici, nam ut refert Gal. 8. de fac. simp. frigidum est in secundo, humectat, & desiccatur mediocriter. I. lin. ca. 9. lib. 25. Diosco. cap. 68. lib. 4.

Parmice siue παρμηκή uulgo oliuella, ea plerique pro scopis utuntur & dicitur parmica, eo quod odorata planta statim sternutamenta irritat. Diosc. ca. 151. secundi. Gal. 8. de fac. sim. uiridis calida, & sicca in secundo, siccata uero in tertio ordine.

Pulegium græce ῥάδιον omnibus notum inuenitur masculum cum floribus albis, & femellum cum floribus purpureis, qui dicunt speciem calamēti esse id quod in usu est ualde decipiuntur. siquidem calamēti species per se omnes inueniuntur Diosc. cap. 31. tertij. Gale. 6. de fac. simp. pli. ca. 14. lib. 20. extenuat, calefacit concoctiones; adiuuat ut Gal.

Pumex græce κλαμπή est lapis combustus ex monte Aethiæ, uel uesuuino monte campaniæ, qui si iterum comburatur non erit Smyra inferior. Diosc. cap. 79. quinti, & Gale. 9. de fac. simp. habet uim exiccandi & abstergendi.

Pyrethrum, siue πυρέθρον res est quo ad suas radices notissima, habet folia ueluti daucus & feniculus agrestis, Diosc. cap. 78. tertij. Gale. 8. de fac. simp. facultas eius est caustica.

Pyrites lapis, siue πυρίτης uulgo dicitur Marchesita, & ob excellentiā pyrites dictus, probatur qui est aeri similis.

Diosc. cap. 96. quinti, Gale. 9. de fac. simp. Pau. lib. 7. ualide de-  
scutit tumores sanguinemq; in grumo concretum.

Quercus græce *ἰσός*, res notissima, connumeratur inter ar-  
bores glandiferas, sicuti etiam Elix, Fagus, Cerus, Suber, Far-  
nia, Yschia, uide Diosco. ca. 126. primi, Gal. 6. de fac. simp. pau.  
lib. 7. folia & fructus siccante ac tepida ui pollent.

Quinque folium, siue *κέρταφυλλον*, habet plures species,  
quarum prima est maior, quæ folia mentæ similia & florem  
in pallido candidum habet secunda species a prima tatum in  
colore differt, tertia per terram serpit, quarta quæ folia simi-  
lia uiti tenet, ab aliquibus diapensia, uel sannicula dicitur, ui-  
de Diosco. cap. 40. quarti, Gale. 8. de fac. simp. radix eius exic-  
cat in tertio, nec euidentem habet caliditatem, pli. ca. 9. li. 25.

Radix græce *ῥαυανέλιον*, uulgo rauanello, Gale. 8. de fac. simp.  
calida est in tertio, & sicca in secundo. Diosc. cap. 104. li. 2.

Radicula græce *ῥαυανέλιον*, siue herba lanaria, sicuti tempore  
Diosc. cognita, ita nunc maxime restat incognita. Diosc. cap.  
153. secundi, Gale. 8. de fac. simp. Pau. lib. septimo, calefacit in  
tertio, siccatur in secundo.

Ranunculus græce *ῥαυανέλιον*, est apium raninum, cuius spe-  
cies quatuor enumerantur, s. apium, quod est pes columbi-  
nus pes paipi, pes milui & apium risius, quod herba sardo-  
nia aliis appellatur, unde uirg. Immo ego sardonijis uidear tibi  
amarior herbis, hæc si ab homine deuoretur, ita interfi-  
cit, ut contractis neruis instar ridentis moriens uideatur. Dio-  
sc. cap. 166. secundi, plin. cap. ult. lib. 25. pau. lib. septimo, om-  
nia genera sunt excellenter calida, sicca, acria, urentia.

Rhamnus, siue *ῥαυανέλιον*, nisi sit quod uulgo dicitur spin cerui-  
no, aut id quod Hetrusci dicunt marucho, nescio si alio nomi-  
ne illum agnoscam. Diosc. ca. 104. primi, Gale. 8. de fac. simp.  
exiccatur & digerit in secundo, pli. cap. 14. lib. 24.

Rhaponticum graece  $\rho\alpha\pi\omicron\tau\iota\kappa\omicron$ , uulgo dicitur Rapontico, notum est omnibus Diosc. cap. 2. tertij plin. ca. 11. lib. 27. Gal. 8. de fac. simp. pau. lib. 7. compositum ex terrestri frigida & tenui substantia aerea; calida & leuiter acri.

Rhabarbarum uulgo reubarbaro, cognoscitur differenter ab omni rhapontico, de quo satis ample tractauit Mesue.

Rhodia radix, siue  $\rho\delta\iota\alpha$   $\rho\delta\iota\alpha$ , nisi sit quæ garyophyllata dicitur, certe nescio si unquam uiderim, hoc scio, eam, odorem rosarum, a quo nomen accepit redolere. uide Diosc. cap. 43. quarti. Gale. 8. de fac. simp. pau. lib. 7. calefacit in secundo, tenui & discutiente ui. edita.

Rhus obsoniorum graece  $\rho\eta\sigma$ , uulgo dicitur sumacho, in condiendis enim cibis antiqui hoc, loco salis utebantur, ueluti etiam nunc in Syria & Aegypto obseruatur, Diosc. cap. 128. primi, Gal. 8. de fac. simp. pau. lib. septimo, constringit, & exiccat in tertio, detergit in secundo.

Ricinus frutex, graece  $\rho\iota\kappa\iota\omicron\varsigma$ , uulgo mirasole, dictus est ricinus ab animale ricino, uulgo zecca quæ in equis & canibus sepe uiuunt, quæ heliotropios sit mirasole, dicitur a seplasiaribus cherua maior, & a Mesgranu regis, Gale. 7. de fac. simp. Diosc. 1. 8. quarti. pau. li. 7. purgat abstergit & digerit.

Rosmarinum graece  $\rho\omicron\varsigma\mu\alpha\tau\iota\kappa\omicron$ , habet duas species, quæ a me nondum uise sunt, rosmarinu coronarium est, quo passim uimur, & uulgare nostrum, Diosc. cap. 79. & 80. tertij, Gale. 8. de fac. simp. habet uim incidendi & abstergendi, p. in. cap. 11. lib. 24.

Rosæ, siue  $\rho\omicron\varsigma\epsilon\alpha$ , omnibus notæ, excellentiores sunt rubræ, post has minus rubræ denum albæ, componuntur ex diuersis substantijs, ut Gale. putarem ego earu infusionem, potiozem fieri si ex damascenis rosis pararetur. Diosc. cap. 115. primi, Gal. 8. de fac. simp. pau. lib. 7. iuxta cõstat substantia aquosa. f. ca.

lida adstringēti et amara. flos aut magis adstringit et desiccāt.

Rubus caninus. græce *ῥοῦβὸς κύναιος*, non est rosa sylvestris. ut nonnulli putarunt. quum cynorhodon a Cynosbato sit aliud, teste Theoph qui diuersa capita egit, nam de Cynosbato loquitur ca. 18. tertij, & de rosa canina cap 6 lib 6. Diosco. ca pi. 108. primi, Gal. 7 de fac. simp fructus adstrictorius &c.

Rubia græce *ῥοῦβὸς ἰσθμίου*, omnibus nota, cuius caulibus & folijs ob suam asperitatem, utuntur famina ad ilustrandum stagnum, Dioscor. cap 15. tertij, Gale. 6. de fac. simp pau. lib. 7 radix acerbā & amara ita iecur & renes purgat ut sanguinem & mensis euocet.

Ruscus græce *ῥοῦσος* apud Scythiarios bruscus dicitur, & est herba spinosa similis myrto, quam et sylvestrē mirtum dicunt, eius germina in acetarijs comesta ualenter urinam prouocant & obstructions aperiant. Dioscor. cap. 14. libro quarto.

Ruta græce *ῥοῦτα*, duplex est sylvestris montana & satua hortensis & ambæ species cognoscuntur. Gale. 8 de facul. simp. calida in quarto, est sylvestris & satua in tertio, contra fascinationes eam comendauit Arist. in suis problematibus. Diosco. cap. 4. 7. tertij.

Ruta sylvestris græce *ῥοῦτα ἰσθμίου*, hanc harmel Arabes uocant. sed quum ex Cappadocia & Galatia herba afferatur, nimirum si nostris partibus non habeatur, qui uero pro harmel semen cicutæ accipi consulunt, ualde decipiuntur quum res sint diuersæ, uolunt aliqui geargam esse rutæ speciem uulgo galega dictam, cui attribuunt, in peste, & contra uenena miram quandam uirtutem, uide tu tñ Diosc. ca. 4. 8. tertij, Gale. 7. de fac. simp. uocat eam moli.

Sabina græce *ῥοῦβιν*, uulgaris est planta, tam quæ similis est eupressō, quæ quæ Tamariſco, cognoscitur. Diosc. ca. 89. primi,



Gal. 6. de fac simp. plin. cap. 11 lib. 24. pau. lib. 7. calefacit & siccatur in tertio.

Saccharum. siue *σακχαρον*, Dioscoridis & Galeni quid sit, nonnulli esse ex eodem liquore quo nostrum affirmant, nec ab nostro differre dicunt, nisi arte & natura, alij uero longe, & nostro differentem existimant, nec eodem liquore confici, sed ueluti ex rore factū credunt, Diosc. c. 74. ad finē lib. 2. Gal. ca. de Melle. pau. li. 7. c. de melle Sacchar minus dulce nostro, sed æquales uireis obtinet, nec nocet stomacho, nec sitim efficit.

Sagapenum siue *σαγαπενου*, uulgo serapino, liquor est feruaceæ herbæ electissimum habetur Venetijs potētius est orientale, de eius uiribus uide Mesuen, & Diosc. ca. 85. tertij, Gal. 8. de fac. simp. siffusioni oculorū, et debilitati uisus ualet pau. lib. 7. calidum & tenue cui abstersoria uis inest.

Salix arbor græce *σαλις*, nota est, cuius species recitantur a Theoph. & pli. de tribus succis eius mentionem facit. s. de gumi, & de eo qui fit inciso eius cortice, & de eo qui incisis ramis tempore autūnali per se destillat habent. n. uim extendendi quæcumq; claritati oculorum officium plin. ca. 38. li. 25. Gal. 6. de fac. simp. pau. lib. 7. folia & flores siccant citra rosonem, & nonnihil adstringunt.

Salvia græce *σαλvia*, omnibus nota, ab Agrippa herba sacra uocabatur, eius succus bibitus facit, quæ steriles sunt mulieres prolificas, & confert sputo sanguinis, uide tñ de his Aet. & Diosc. cap. 35. tertij, Gale. 6. de fac. simp. pli. ca. 6. lib. 26. inquit, q. succus foliorum capillos generat, pau. lib. 7. euidenter calefacit & leuiter adstringit.

Sambucus & ebulus græce *σαμβουκος* plantæ notissimæ, succus corticum radicum hydropicis succurrit & semen ebuli in decocto iuæ dolores iuncturarum podagræ & morbi galici tollit, succus etiam eius in sole exiccatus & in clysteribus

iniectus sciatica medetur, fomentum etiam ex eorum radici-  
bus factum tumores pedum qui ex longo morbo prouene-  
runt, optime resoluit Diosco. cap. 163. quarti, Gal. 6. de facul.  
simp. exiccat & conglutinat plin. cap. 8. lib. 24. pau. lib. septi-  
mo, desiccet, modice digerit & conglutinat.

Sampsuchum, siue *σάμψυχο*, uulgo maiorana, nec miretur  
quispiam, si per diuersa capita mentio fiat a Gale. & a Dio-  
sco. de sampsucho & amaraco, nam hoc fieri potuit, ut rem  
melius exprimeret Diosco. nam in Gale. creditur in eo textu  
esse menda, ubi pro amaraco legi debeat maro & non ama-  
raco. Diosco. ca. 42. tertij, Gal. 8. de fac simp. pau. lib. 7. calesca-  
cit & siccet in tertio, tenuis ac diffusoria nature.

Sandaracha, siue *σανδαράχη*, non est uermix, ut aliqui puta-  
runt, quum uermix sit gumi iuniperi, sed est potius res mine-  
ralis, que ab auripigmento non differt, nisi in coctura, nam  
siquis diu auri pigmentum coxerit, facile illud in sandara-  
cham conuertit efficiet, nec arsenicum crystallinū ex auri pig-  
mento per sublimationem paratur, ut nonnulli crediderunt,  
sed potius est res mineralis per se oriens, uerum quod uulgo  
dicitur risagalū ex arsenica, & auri pigmenti pari portione  
per sublimationem bene conficitur, uide Diosco. de sandaracha  
ca. 76. s. & Gal. 9. de fac. simp. pau. li. 7. adurētis est facultatis.

Sarcocolla, siue *σαρκοκίλλα*, est gumi cuiusdam in perside ar-  
boris, mire conglutinat recentia uulnera, & ulcera antiqua  
mundificat glutinat & carnem inducit, & est mirabilis in  
oculorum destillationibus, optima cognoscitur si sit amara &  
alba, ualet et ulceribus aurium si in melicrato bōbix intinga-  
tur, deinde pulueri sarcocollæ inuolutus auri imponatur. Dio-  
sco. ca. 90. tertij, Gal. 8. de fac simp. plin. cap. 21. lib. 13. paul. lib.  
septimo, siccandi ac opplendi uires habet.

Satyrion, siue *σατύριον*, non habetur nostris tēporibus, sed

eius loco utimur testiculis canis, nec Satyrion habet duas ra-  
dices, ut putarunt nonnulli, sed unam tantum bulbosam pomo-  
simile plures sunt, deinde testiculorū canis species, inter que  
palma christi reponitur. Diosc. ca. 134. & 115. tertij, Gal. 8. de  
fac. simp. pau. li. 7. calidi & humidi tēperamenti est, unde ue-  
neris appetentiam facit.

Saxifraga, uulgo saxifragia, uulgaris herba est, in frāgen-  
dis lapidibus, & in prouocanda urina sumopere comenda-  
tur Diosc. ca. 17. primi, & pau. lib. septimo, urinam mouet et  
calculos conterit.

Scāmonia, siue *σκάμμωσις*, uera & optima erat que ex My-  
sia Asia olim afferebatur, sed que a Diosc. reprobatur in lu-  
dea & Syria oriens, tantūmodo nūc in usu est, nec uera sic  
alacriter soluit ac nostra, nā olim drachma scamoniae cū duo-  
bus hellebori pro doji tribuebatur, sed nostra si ad pondus de-  
cem, uel quindecim granorū exhibeatur, adeo uentrē exone-  
rat, ut etiā q̄ maxime superq; euacuet Diosc. ca. 163. quarti. pli.  
cap. 8. lib. 26. pau. lib. septimo, calefacit, digerit, & biliosa ex-  
tergit magisq; eius liquor.

Scilla, siue *σκίλλα*, uulgo deflexa uoce a seplasiarijs dicitur  
squilla, referūt nonnulli ut si minutim incisa in uase uitreo  
melle pleno per totā astatem soli exponatur, deinde epilepti-  
co colata tribuatur, presentaneū esse remediū, Gal. 8. de fac.  
simp. incidit scilla, sed nō adeo calida, ut scdm gradum tran-  
scendat, Diosc. cap. 102. secundi, pau. libro septimo, incidit &  
calefacit & desiccet in secundo ordine.

Scordion, siue *σκόρδιον*, uerū nunc inuenitur simile chame-  
drio differens tñ odore allij, Cretēse a Gal. in lib. Anti. 1. lauda-  
tur, et. 8. de fac. simp. cōponitur ex diuersis substātijs consoli-  
dat oia uis, cera, ruptis et spāsmo cōfert, ualet doloribus late-  
ris modo emplāstri et recēs uulnera ac ulcera cōglutinat. Dio

scio. cap. 116. tertij. pau. uarijs constat facultatibus quā amarum acerbum & acre sit. purgat igitur & calefacit.

Sedum græce *δακτυλ*, uulgo sen pre uiuo dicitur, cuius species tres numerantur a Diosco. cap 85. & 86. quarti. Mauius uulgo dicitur orchicella, minus dicitur uermicularis uel pignola, & est mascula & femella, Gal. 6. de fac. simp. frigida in tertio, mediocriter adstringit & siccatur leniter pli. ca. 2. lib. 25.

Senetio græce *σενετιον*, uulgo dicitur speliciosa coliculus inest, quodammodo rubens folijs longis & incisjs, ueluti in eruca uisitur, flores lutei cito in pappos desinentes, Gal. 6. de fac. simp. Diosc. cap 92. quarti. Nonnulli esse cardum benedictum affirmant. pau. libro septimo. mixta. habet uiridis resigerat enim & modice discutit.

Serpylum græce *σερυλλιον*, res est notissima. Vide Diosco. cap 41. tertij. Gale 6. de facul. simp. plin. cap. 22. lib. 20. paul. lib. 7. adeo calefacit ut urinam & menses moueat.

Sesamum siue *σινδαμνος*, eius semen notum ac uulgare est. sed planta a seplasiarijs minime cognita est enim similis milio, sed aliquantulo crassior & altior. folia fert rubra cum flore uiridi, & pro ducit in siliquis semen ueluti papauer. Diosco. cap. 90. secundi, Gale 8. de facul. simpl. plin. cap. 10 lib. 18. pau. libro septimo, mediocriter calefacit, mollit, & opplet. Auer. quinto colliget, callidum in primo, humidum in tertio.

Seseli siue *σισελιον* Arabice sifeleos dicitur, notum est præsertim Maxiliense ualidissime urinam pronocat & epilepsie ac spirandi difficultati medetur, creditur a ceruis inuentum, nam a partu id statim comedunt, ut denuo concipiant, sicut refert Ari. 9. de natura animalium, ca. 5. Diosc. c. 55. 3. & Gal. 8. de fac. simpli. plin. c. 5. li. 20. pau. li. 7. calefacit tenuis; substantia est.

Sidritis siue *σινδρις*, quid sit certe nescio quum nuspian illa uiderim, nec est herba iudaica, ut Ruellius, nam herba in

daica est, quam uirgam auream appellamus, hæc caulem fert rubrum ad duorum cubitorū altitudinem cū foliis modo oliuæ circuncirca incisis & floribus in sumitate aureis, uulneribus & fistulis mire confert similiter in frangendo lapide ut Arnaldus de uilla noua, Dioscorides cap 33. quarti. Gale. 8. de fac. simpl. Paul. libro. 7. adstringit.

Sinapis siue *sinapi*, res est notissima triplex ex syluestris quæ semen habet paruum, comunis quæ folia habet rapis similia & tertia quæ uulgo dicitur Rugetta album semen ferens & eo utimur, in seruanda uinorum dulcedine Dioscor. cap. 143. lib. 2. Gal. 8. de fac. simp. Plin. cap. 8. lib. 19. Auic. lib. 2. calida & sicca in quarto.

Sifer siue *sifer*, res est propemodū similis pastinacis do medicis, nascuntur in Germania & uocantur rapacitri- næ, uide Plin. ca. 5. lib. 19. Dioscor. cap. 106. secundi, Gal. 8. de fac. simp. Paul. lib. 7. cal. in tertio ord. Radix cocta stomacho uilis. urinam cit, semen tenue & discussorium cum uino ualet singultui.

Sisymbrium siue *sisymbrium*, est seplasiarum balsamita uulgo menta romana uel menta florentina, Sisymbrium uero aquaticum est id quod uulgo dicitur crescione, Diosco. cap. 117. secundi, Theoph. cap. 7. lib. 6. & cap. 8. lib. 5. de plan. causa & Plin. cap. 10. lib. 19. Gal. 8. de fac. simp. Paul. lib. 7. cal. facit siccatur; in primo, humidum in secundo abcessu.

Siō siue *siō*, non est quod uulgo dicitur crescione, sed aliud, uerum unum absque altero raro inuenitur, non habet folia lata olusatro similia, sed crescionus habet quales in eruca uisuntur, Diosc. cap. 116. secundi, Plin. confundit utrumq; siū. i. sum uerum & sisymbrium aquaticum, ut apparet cap. 22. lib. 22. Gale. 8. de fac. simp. Paul. lib. 7. calidum est urinam citat discutit & renum calculos frangit.

Smilax aspera & leuis, græce σμιλαξ τρακχια κὶ δόξα, inueni-  
tur aspera quæ folia habet periclymeno similia, arboribus ad-  
uoluitur, & habet innumerofas uiticulas spinofas cum fructu  
uuae racemi modo rubenti, lenis uero hederæ folia habet simi-  
lia & uiticulas fimiles antedictæ, sed non spinofas uulgo ui-  
luchio & a seplastiarijs uolubilis dicitur flores habet orbicu-  
latos, ueluti capana, Theoph. cap. ult. tertij, Diosco. ca. 139, &  
140. quarti, Gal. non smilacè, sed milacem uocat septimo, de  
fac. simp. plin. cap. ij. lib. 16, & ca. 10. lib. 24.

Smilax arbor, uulgo de flexa uoce, a taxo sic a Romanis  
appellato. Nassò dicitur. Vide Diosc. cap. 78. lib. 4. caue tñ ab  
huius fructibus, quoniam interficiunt, Plutarchus inquit, q. so-  
la umbra interficit, sed de ea tu intellige, quæ in carbonia na-  
scitur, paul. lib. septimo, est uirose uirtutis.

Smilax hortensis siue σμιλαξ κηρωτά sunt qui illum esse exi-  
stiment phasellum rubeum, qui uulgo fasolo turche: sco appel-  
latur, Manardus tenet q. sit Galeni dolicus & uulgo quod di-  
citur rouiglione, sed credo illum decipi, quoniam quod dici-  
mus rouiglione, Gal. & pau. non dolicum uocant, sed potius  
ocrum Diosc. cap. 135. lib. 2. Gal. 1. de fac. alim.

Smyrnium siue σμύρνιον uulgo dicitur Macerone, nec est im-  
peratoria, ut nonnulli quæ commendatur in omnibus frigidis  
ægritudinibus, sicut in doloribus colicis & stomachi, men-  
strua peruocat & urinam, dolores dentium tollit & cum ui-  
no strangulatu uulue medetur, cerebrū masticata purgat, &  
eius puluis ad epilepsiā spasnum, parale sim, et ad febrē quar-  
tanam ante eius paroxysnum per horā utiliter cū uino bibi-  
tur, ualet in peste, et ad oīa uenena spiritum redolere et mem-  
bra sensuum roborare pōt, datur in super, asthmaticis icteri-  
cis hydropicis & lienoris utiliter, De smyrnio loquitur Dio-  
sco. cap. 72. 3. Gale. 8. de fac. simp. plin. cap. ult. lib. 19. pau. lib. 7.

calescit & siccatur in tertio ordine.

Solanum. græce  $\sigma\upsilon\lambda\alpha\sigma\sigma\epsilon\sigma$ , uulgo dicitur solatro, cuius species a Diosc. quatuor enumerantur, ut solanum hortense halicaccabum, somnificū, & Furiosum, Hortense & halicaccabum, nunc passim cognoscantur, nam halicaccabum est id quod Arabes uoce parum deflecta Alchachengi dicunt, plures etiam species inueniri dicuntur, sed de his quasi per somnium loquuntur Authores, uide Diosc. ca. 69. 70. 71. & 72. lib. 4. Gal 8 de fac. simp. pli. ca 31. lib. 21. pau. lib. septimo. Hortense & Halicaccabum adstringunt, & in secundo ordine refrigerant.

Soncos, siue  $\sigma\omicron\sigma\chi\epsilon\sigma$  sunt qui scariolam esse dicunt, Scio apud heruscos uocari Cicerbita Diosc. c. 120. 2. Gal. 8. de fac. simp. pau. lib. septimo, Adstringit & manifeste refrigerat.

Sparganium, siue  $\sigma\pi\alpha\rho\rho\alpha\tau\iota\sigma$  hucusque non uidi, et si ab aliis quibus reperta esse dicatur, hoc scio non esse spatulam fetidā, ut Ruellius, ex cuius succo sanatur scabies & uolaticæ, de sparganio uide Diosc. cap. 23. 4. Gale 8 de fac. simp. pau. lib. septimo, siccandi uireis habet. plin. cap. 9. lib. 25.

Spina alba. græce  $\lambda\epsilon\upsilon\kappa\alpha\kappa\alpha\sigma\theta\alpha$ , uulgo bedeguar, dicitur, sicuti Arabice sunt, qui pro spina alba accipiunt carduum benedictum, alij carduum carlinam dictum, alij, alium carduum, Aduerte tñtu bedeguar tantum nasci in montibus & syluosis locis. Diosc. ca. 123. Gal 6 de fac. simp. Radix desiccatur et modice adstringit, semen est tenuis essentia, et calidæ facultatis.

Spina Arabica siue  $\alpha\chi\alpha\tau\iota\alpha\ \alpha\rho\alpha\beta\iota\kappa\eta$  est similis albæ, ego eam non uidi, hoc scio non eam esse, ut Ruellius putat spinam araboris acatiæ. Diosc. cap. 73. 3. Gale 6 de facul. simp. Validius adstringit & desiccatur.

Spondylium siue  $\sigma\phi\omicron\upsilon\delta\upsilon\lambda\iota\omicron\sigma$  non uidi. Audiui ab aliquibus esse inuentum, ualeat epilepsie eius fructus & orthopneæ, uide de Diosc. ca. 81. 3. Gal. 8. de fac. simp. pau. libro septimo, con-

stat uirtute acri & discussoria.

Stachys, siue  $\sigma\alpha\chi\upsilon\varsigma$ , nisi sit Marubium album, nescio quid sit Diosco cap. 31. Gal. 8. de fac. simp. Plin. cap. 15. lib. 24. pau. lib. 7. 3. in calefaciendo ordinem occupat.

Stacte, siue  $\sigma\tau\alpha\kappa\tau\eta$  est styrax liquida Diosco. cap. 64. 1.

Staphis agria, siue  $\sigma\tau\alpha\phi\iota\varsigma$   $\alpha\gamma\rho\iota\alpha$ , uulgo dicitur strafusano, siue uua seluatica Diosco. cap. 150. 4. Gal. 6. de fac. simp.

Stibium graece  $\sigma\tau\iota\beta\iota\upsilon\mu$  & stibi, Antimonium est, ut placet Auic. & Serap. funditur ipse, & omnia metalla facit fluida, ut ferrum &c. Diosco. cap. 51. 5. Gale. 9. de fac. simp. exiccat, & constringit plin. cap. 6 lib. 33.

Stachis, siue  $\sigma\tau\alpha\chi\acute{\alpha}\varsigma$ , Arabice stichados, est res notissima, uide de Mes. & Diosco. cap. 28. 3. Gal. 8. de fac. simp. pau. lib. 7. Aperiit, extenuat, detergit, & confirmat uiscera.

Stebe graece  $\sigma\tau\epsilon\beta\eta$ , quid sit nescio, hoc scio non conuenire cum scabiosa, ut nonnulli affirmarunt, ex cuius decocto sanantur scabies & pulmonis uitia. Diosco. de stebe cap. 13. 4. et Gale. 8. de fac. sim. pau. lib. 7. semen et folia in tertio adstringunt.

Styrax, uulgo storace calamita, Diosco. cap. 70. primi. Gale. 0. flauo de fac. simp. plin. cap. 15. lib. 12. pau. lib. 7. calefacit, emollit, & concoquit.

Sycomoros, siue  $\sigma\upsilon\kappa\epsilon\mu\omicron\rho\omicron\upsilon\varsigma$ , est arbor nostro moro non dissimilis, fructum fert non ramis, sed caudice ficorum grossulis dulciorem. Diosco. cap. 148. primi. Gal. 2. de alim. Theoph. cap. 2. lib. 4. plin. cap. septimo, lib. 13. pau. lib. septimo, fructus nullius nutrimenti liquor arboris emollit, uulnera conglutinat & tumores discutit.

Tamarix, graece  $\tau\alpha\mu\alpha\rho\iota\varsigma$ , nota est omnibus, domestica apud nos non inuenitur, Diosco. cap. 101. primi, Gale. cap. ulti. 7. de fac. simp. plin. cap. 11. lib. 13. pau. lib. 7. incidit, extergit, ita tamen ut manifeste non exicet, sed adstrictionis particeps sit.

Telephium



Telesphium, siue *ἰνδὸφύλλον*, nisi sit faba crassa uulgo dicta, certe nescio quid sit Dioscor. id. cap. ult. libri secundi. Galen. octauo de facul. simp. pau. lib. 7. calefacit in primo, & in secundo desiccatur.

Tamarindi cognoscuntur, Alias dactili indi uocati.

Terebinthus græce *τέρεβινθος*, res est nunc nota, olim quasi incognita recesserat, Nunc eius resina non liquida, sed potius coëta ad nos affertur Diosco. cap. 77. primi. Theoph. cap. 15. tertij. Inuenitur tam masc. quam fœmina Gale. 8. de fac. simp. fructus ad arictorium quiddam habent, sed in secundo calefaciunt & desiccant.

Teucrium siue *τέυκρίον* adhuc non uidi plin. cap. 5. libro. 25. duas species teucrij memorat, & secundum habere folia fabæ similia adserit, unde nonnulli id esse uoluerunt, quod uulgo dicitur faba crassa, Diosco. cap. 102. lib. 3. Gale. 8. de facul. simp. exiccatur in tertio calefacit in secundo.

Thalictron, siue *θαλίτρον* est secundum Ruellium herba Argenina, quæ folia coriandro similia habet. Dioscor. cap. 93. quarti. Gal. 6. de fac. simp.

Thapsia siue *θάψια*, cognoscitur, sed raro ad nos affertur, Valet liuiditati carnis cum thure & cera, ut refert plin. cap. 20. lib. 13. Gale. 6. de fac. simp. Diosco. cap. 151. quarti. Theophr. cap. 23. lib. 9. est radix uomitoria. Pau. lib. 7. acris est, & uehementer cum humiditate calefacit ex alto attrahit & atrastrum discutit.

Thlasi siue *θλάσιον*, quid sit, non possum affirmare, Nam bursa pastoris multum a thlasi differt, si quis ratione utriusque perpendat, Diosco. cap. 145. secundi. Gale. 6. de fac. simpli. Paul. libro septimo, semen uiribus acre, ut intestinorum abscissus potu rumpat.

HHb

Thymbra græce θυμברη, siue satureia siue cunilla, uulgo Saurorezo siue peuerella, apud Thuscos conilla, dicit, pollet ac ipse thymus. Diosco. cap. 40. tertij. plin. cap. 8. lib. 19. & cap. 20. lib. 20. Reperitur domestica & syluestris, quare non mirum si Columella inter thymbra & Satureiam, diuersitatem posuerit. pau. lib. 7. syluestris prestat quæ thymus, Horatensis uero imbecillior.

Thymus, siue θυμός, Inuenitur albus & niger, At niger iuxta Aetij placitum est malus. Diosco. cap. 39. tertij. Gale. 6. de facul. simp. Theoph. cap. 2. lib. 6. Pau. lib. 7. calefacit in tertio, & desiccatur, & glutinosos humores incidit.

Tithymali genera sunt septem, siue τιθυμάλων ἑπτὰ γένη, ut chararias & myrtites quæ sunt nobis incognita, Paralius uero ab aliquibus cognoscitur, & uulgo uocatur herba mora, ex qua pisces moriuntur. Cyparisius est esula minor, dendrodes, a me nundum uisus haud scio quid sit, Platiphillos, apud Tuscos dicitur tortomaglio. Nota tamen quod cyparisius uocatur a Mesue alscebram & ab Auicena scebram & est esula minor, ut dixi, alscebram uero mezeheregi est pityusa a Diosco. illæ eorum depillat oleo in sole inundum & ortum tandem prohibet Diosco. cap. 159. quarti, Gale. 8. de fac. simp. Plin. ca. 8. lib. 26. paul. lib. 7. Omnes e quarto ordine calefacientium acrimonia & ualide amaritudinis participes.

Tragacantha, siue τραγακάνθα, uulgo draganti eius gummi uocatur: Planta est quæ in Creta & in Acaia nascitur Gale. 8. de facul. simp. exiccatur Diosco. cap. 21. tertij, plin. cap. 21. libro. 13. pau. lib. 7. Similes gummi uireis habet.

Tragion, siue τραγιόν, quid sit diuinare nescio, sicuti etiam de eius secunda specie dicerem, nisi forte sit pimpinella, uel sexifragia hircina, Gale. 8. de facul. simpl. Diosco. capite. 47.

et 48. quarti, Plin. cap. 21. lib. 13. paul. lib. septimo, calidum in tertio attractorium discutiens.

Tragum, siue *τραγος*, nisi sit species iunci, haud etiam scio quid esse possit, nam sine folijs plin. eam cum minimis racemis pingit cap. ult. lib. 27. Dioscor. cap. 49. lib. 4.

Tragoriganus, siue *τραγοριγανος*, Herba est ut placet Leoniceo, quae in acetarijs comeditur, vulgo tragone appellata, Dioscori cap. 30. tertij, plin. cap. 17. lib. 20. Galenus. 8. de facult. simp. Paulus libro septimo, uireis habet origani et nonnullam etiam adstrictionem.

Tribulus, uel *τριβουλος* habet duas species, ut Theoph. cap. 5. lib. 6, quarum una pro ducit fructum spinosum, cuius radices a multis pro iringo conduntur, et reuera decipiuntur Dioscori cap. 16. quarti, Gale. 8. de fac. simp. plin. cap. 16. lib. 21. paul. libro septimo. Mediocriter refrigerat, sed terrestris siccando ualentior est, aquaticus leniter humectat.

Trifolium, siue *τριφυλλον*, omnibus notum, cuius species apud nos tres enumerantur, Prima habet folia rotunda et magna, Secunda longa, Tertia rotunda et minuta, Vide fusuus plin. cap. 9. lib. 21. Scripsit etiam de trifolio acuto Scribonius, et est species trifolij acetosi et uulgo dicitur Alleluia, siue pan cuculo, Decipiuntur qui pro andacocha semen trifolij accipiunt, nam andacocha, nil aliud est quam lotus syluestris siue Aegyptius, Gal. 8. de fac. simp. Dioscor. cap. 114. tertij.

Trinitas herba nota fere omnibus, habet enim folium in tres partes diuisum, simile folijs cyclaminis cum coelestis flore coloris, Conglutinat uulnera et intestinorum rupturas, et quae in scrotum descendunt, praesertim si medium huius pulueris cochliare, cum uino styptico sumatur.

Tripolium, siue *τριπολιον*, et si ab aliquibus credatur esse

HHh 2

turbit, nihilo minus decipiuntur, siquidem nostrum turbit odorem non habet ut tripolium, sed creditur potius turbit nostrum esse alipiam Diosco. sed quum uerum tripoliū non habeatur, id quod a monte sancti Angeli affertur, esse cortex pityusæ creditur Dioscorid. cap. 130. 4. Gal. 8 de facul. simpli. plin. cap. 7. lib. 26. Pau. libro septimo, calida radix est in tertio, & acris.

Tabera græce <sup>ταβηρα</sup> uulgo tarusi, de quibus mentionem facit Plin. cap. 2. lib. 19. Gale. 2. de fac. alim. non habet ut ipse inquit euidentem qualitatem Auic. 2. suorū can. Componuntur ex terrestri & aquæ substantia & sapore priuantur, generant humorem melancholicum crassum & quandoque præ rales in stomachum aggrauant, & male digeruntur. Dioscor. cap. 134. secundi. pau. lib. septimo, constant ex terrestri substantia cum modica uirtute tenui.

Tusilago græce <sup>τυσίλαγος</sup> uulgo farfara, uel ungula cabalina dicitur note est, eius fumus prodest tuſſentibus, unde nomen accepit Diosco. cap. 117. tertij, Gale. 6. de fac. simp. Pau. cōstat ex calida & aquosa substantia.

Thurbit Mesuæ est radix alipie, ut dictū est de tripolio.

Typha, <sup>τυφή</sup> uulgo maza sorda hæc nascitur in aquosis, ac paludibus locis, sarda iccirco dicta, quia eius lanugo, si aures alicuius ingrediatur, facile ille surdescit, est nota etiā pueris, quum sepe illam præ manibus habeant. Dioscor. cap. 124. tertij, Theoph. cap. 13. lib. 1. Apud Galenum, uel Paulum nulla, de hac fit mentio Plin. cap. 10. lib. 18.

Vmbilicus ueneris græce <sup>ουτυλιδας</sup>, uocatur apud Tuscos copertorium sunt qui in Lombardia cymbria quadam pro ueneris umbilico utuntur, Diosco. cap. 87. quarti. Gal. septimo de facul. simp. Plin. cap. 2. lib. 25. Pau. lib. septimo, refrigerat, repellit, obſtergit, dissipat.

Verbascum græce φλῆμος, uulgo dicitur tasso barbasso, et est omnibus notum. Inuenitur mas et fœmina, mas ex foliis strictis, fœmina ex latioribus, cateræ species nondum mihi sunt cognite, et si Ruellius primulam ueris esse unam phlo-  
mi speciem crediderit, sese profecto decipiens, quum nullibet de eius flore agat Diosco. Succus ex flore huius herbe omnes faciei maculas abstergit. De uerbasco loquitur Gale. 8. de fac. simp. Diosco. cap. 99 quarti, Plin. cap. 6. lib. 26. paul. lib. 7. folium omnium siccantem, et mediocriter adstringentem uim referunt.

Verbenacæ tam recta quæ supina à græcis περιφραγῶς dicta, uulgo berbena uocatur, nec uirtute hæc species inter se differunt, nisi quæ altera mas quæ raris folijs constat, altera fœmina magis foliosa, est Diosco. cap. 58, et 59, quarti Plin. ca. 9, lib. 25, Gale. 8, de fac. simp. uim habet siccantem.

Vetonica græce νεῦρον, uulgo notissima est, quæ tot uirtutes præferret, quot Antomusa Caesaris medicus illi attribuit, Vide Diosco. cap. 1. quarti, et Gal. 8, de fac. simp. Mundificat renes pulmonem pectus et hepar Plin. cap. 8 lib. 25.

Viola alba græce λευκὴ οἶον ex qua unguetum iasminum fit, nota omnibus est, sicuti et uiola lutea, quæ a seplasiariis uocatur Keiri, de cuius uiribus Gal. 7. de fac. simp. tractat, Diosco. cap. 129, tertij Paulus lib. 7. frutex abstergendi extenuandi que uires habet, magis autem flores Vitex græce ἄνθος, uulgo agno casto dicitur et est duplex albus et niger, maior et minor ut testatur Plin. cap. 9. lib. 24. Gal. 6 de fac. simp. calidum et siccum est in. 3. Diosco. cap. 120 primi.

Vitis alba græce ἄμπελον, uulgo brionia dicitur, sive zucha saluatica et est res notissima uide de eius uiribus Diosco. cap. 176. 4. et Galenus 6. de facul. simp. radix resoluat splenis duritiem.

Vitis nigra siue *αμνιδος μείλαρα*, uulgo dicitur uua tamina  
 & apud fuscios tamaro, & est res nota Dioscor. cap. 177.  
 4. Plinius cap. 2. lib. 23. Paulus lib. 7. pollet, sed non in effi-  
 caciter ut alba.

Viticella, quæ ab alijs dicitur momordica, ab alijs balsa-  
 mina, ab alijs coranzana, inuolueris herba est, florem habes  
 cucumeri, similem, a quo postea fructus oritur ouo gallinæ si-  
 milis, sed minor satis cum quibusdam ueluti acutis spinis uia-  
 ridis existens ante maturacionem, & rubens post ipsam ma-  
 turacionem, cuius folia neruorum uulnera conglutinant, &  
 oleum ex infusione eius fructus uulneribus apostematibus et  
 uleeribus mamillarum non solum prodest, sed mirum in mo-  
 dum dolores matricis per clystere iniectum & hemorrhoi-  
 darum uulnerum & apostematum maxime leuat ac tollit, ci-  
 catrices extenuat, & c. ut uidere poteris iuxta Mathiolum Se-  
 nensem cap. de uite nigra a cart. 376.

Vitis syluestris græce *αμνιδος άργια* omnibus nota, longas  
 enim ex se mittit uiticulas uinum uitis modo ferentes ligno-  
 sas & asperas, Folia solatro similia latiora tamen & longio-  
 ra, florem ceu musculosum capillum, fructum exiguis uuis si-  
 milem, radices in aqua decoctæ dantur contra cutem subeun-  
 tes aqua, acini uuarum asperam & discolorem cutem, om-  
 nesq; alias maculas repurgant. Dioscorides cap. 175. quarti  
 Gale. 6. de fac. simp. Paul. lib. 7. germina abstergunt & non ni-  
 hil adstringunt.

Vrtica græce *αμνιδος*, res notissima est, uide de eius uiri-  
 bus Diosc. cap. 89, quarti & Gal. 6. de fac. simp. Plin. cap. 15.  
 lib. 21. Paul. lib. 7. tenuem habet substantiam, citra rofionem  
 siccat, tumores discutit, abstergit & uentrem subducit.

Xanthion siue *αμνιδος*, uulgo lappa minor dicitur, inuenitur

in pinguibus locis & in paludibus per astatem siccatis, uide Dioscorid. cap. 133. quarti Gal. 8. de fac. simp. Pau. lib. 7. fructus discutendi uires habet.

Xyris siue <sup>xyris</sup>, sunt qui eum esse uelint uulgarē acorum, ego eum nuppiam uidi. Scio tamen ex Gale 7. de fac. simpli. eius semen est ualidissimum in prouocanda urina & in duritie splenis, Diosco. cap. 24. quarti, Paul. lib. 7. tenuis & diffusoria & extrahentis est facultatis ac etiam exicatorie.

Zea nil aliud est q̄ nostra spelta uulgaris, dicitur etiā graece <sup>zea</sup>, Diosco. cap. 80. secundi Plin. cap. 8. lib. 18. Gale. 6. de fac. simp. pau. lib. 7. uiribus tritici respondet & medium in inter calorem & siccitatem obtinet.

Zingiber, siue <sup>zingiber</sup>, res nota est seplasiarijs, & affertur ex Arabia & ex Aegypto, germinat quotannis folia habens harundini similia Diosco. cap. 149. secundi. Gale. 6. de fac. simp. pau. lib. 7. Impense calefacit.

Zedoaria radix est gingiberis similis odoratior tamen et aliquantulum amara non autem sic acuta ut zingiber impinguat, flatum discutit & comesta affert odorem alij, caparrum, & uini, confert etiam morsibus animalium uenenosus, resoluit apostemata matricis, curat uomitum & dolores colicos, & ut refert Auicennas est theriaca Napelli. Serap. lib. aggr. cap. Zerūbet et Auic. lib. 2. calida et sicca est in 2. gradu.

Zythum, siue <sup>zythum</sup>, nihil aliud est quam potus, qui ex hordeo & frumento paratur, quem admodum ceruisia, uide Diosco. cap. 79. secundi. plin. cap. ult. lib. 12. paul. lib. 7. composita est substantie acris enim est & frigidus.

F I N I S.







